RITE

OF

ORDINATIONS

ACCORDING TO THE

ROMAN PONTIFICAL.

BY

REV. J. S. M. LYNCH,

PROFESSOR OF LITURGY, ST. JOSEPH'S PROVINCIAL SEMINARY, TROY, N. Y.

NEW YORK, CINCINNATI, AND ST. LOUIS:

BENZIGER BROTHERS,

PRINTERS TO THE HOLY APOSTOLIC SEE.

1877.

RITUS


ORDINATIONUM

JUXTA

PONTIFICALE ROMANUM.

CURANTE REV. J. S. M. LYNCH,
IN SEMINARIO PROVINCIALI APUD TROJAM, N Y. SACRÆ
LITURGIÆ PROFESSORE.

NEO-EBORACI, CINCINNATI, S. LUDOVICI.
BENZIGER FRATRES,
SUMMI PONTIFICIS TYPOGRAPHI.
1877.



Imprimatur,

✠ JOHN, CARDINAL McCLOSKEY

Archbishop of New York.

RITE OF ORDINATION.

Before the Ordination, the candidates for Orders put on the sacred vestments corresponding to the order to which they are to be promoted, to wit: those who are to receive tonsure carry a surplice folded on their left arm; those to be ordained to Minor Orders put on a surplice; those to be ordained to Subdeaconship put on an amice, alb, and cincture, and carry on their left arm the maniple and tunic; those to be ordained to Deaconship put on amice, alb, cincture, and maniple, and carry folded on their left arm a dalmatic and stole; those to be ordained to the Priesthood put on amice, alb, cincture, maniple, stole on their left shoulder after the manner of a deacon, fastened at the right side, chasuble folded on their left arm, and a white linen cloth fastened to the cincture. And each carries a lighted candle in his right hand.

Thus vested, at the proper hour, the candidates for Orders enter the church two by two, when each one takes the place assigned to him. When all have entered, the Bishop comes to the church, and approaching the middle of the altar, kneels down and prays for some time.

RITUS ORDINATIONIS.

Ante Ordinationem Ordinandi induunt habitum sacrum respondentem Ordini, ad quem sunt promovendi; videlicet tonsurandi superpelliceum replicatum brachio sinistro sustinent; Ordinandi ad Minores induunt superpelliceum; Ordinandi ad Subdiaconatum induunt amictum, albam, cingulum, brachio sinistro impositum ferunt manipulum ac tunicellam; Ordinandi ad Diaconatum induunt amictum, albam, cingulum, et manipulum brachio sinistro, in quo ferunt dalmaticam et stolam replicatam; Ordinandi ad Presbyteratum induunt amictum, albam, et cingulum, manipulum in brachio sinistro, stolam Diaconali more in humero sinistro, firmatam super latus dexterum, planetam replicatam super brachium sinistrum, sudarium albi coloris firmatum cingulo. Omnes vero manu dextera candelam ardentem gestant.

Sic induti Ordinandi hora competenti bini ac bini Ecclesiam ingrediuntur, ubi locum quisque sibi attributum occupant. Omnibus ingressis, Pontifex venit ad Ecclesiam, et accedens ante altare genuflexus ibidem aliquamdiu orat. Deinde

He then goes to his seat, where he receives all the Pontifical vestments, after which Mass is begun.

Ordination.

After the Kyrie Eleison has been said,* the Bishop sits down, and the Archdeacon calls all those who are to receive orders, saying,

Let all come forward who are to be ordained.

The candidates for Orders leave their places and come before the altar, where they kneel in a semicircle. This is done if the size of the place and the number of the candidates permit; if not, they kneel in their places.

The Archdeacon, facing the candidates, reads from the Pontifical the inhibition or mandate, in the name of the Bishop, viz.:

† The Most Reverend in Christ—Father and Lord, His Lordship N. by the grace of God and of the Apostolic See, Bishop of N., orders and enjoins,

---

* It is supposed that the Ordination takes place during a low Mass. Should, however, a High Mass be celebrated, the usual ceremonies should be observed, and the prayers of the Ordination, instead of being read, should be sung.

† If the Ordination takes place outside of the prescribed times, there is first read the Apostolic mandate in which the faculty of ordaining is granted to the Bishop. This being read, the Bishop says: "Thanks be to God," and proceeds with the Ordination.

vadit ad sedem, ubi accipit omnia paramenta Pontificalia et statim Sacrum exorditur.

Ordinatio.

Dicto Kyrie Eleison * Pontifex sedet, et Archidiaconus vocat omnes ordinandos dicens:

Accédant omnes qui ordinándi sunt.

Ordinandi discedunt de locis suis et veniunt geniculatum ante altare quemdam efficientes semicirculum. Id vero fit, si loci amplitudo et numerus Ordinandorum patitur; sin minus genuflectunt loco ipso quem occupant.

Archidiaconus, conversus ad Ordinandos, legit ex Pontificali inhibitionem seu mandatum nomine Episcopi, videlicet:

† Reverendissimus in Christo Pater, et Dóminus Dóminus N. Dei et Apostólicæ Sedis grátia Epíscopus N., sub excommunicatiónis pœna præcipit et

---

* Supponitur Ordinationem fieri infra Missam privatam. Si autem celebretur Missa solemnis, consuetæ cæremoniæ servandæ sunt, et orationes Ordinationis non leguntur sed cantantur.

† Si Ordinatio fiat extra tempora, prius legitur mandatum Apostolicum cujus vigore Pontifici facultas conceditur ordinandi; quibus lectis, dicit Pontifex: "Deo Gratias," et ad ordinationem procedit.

under penalty of excommunication, on each and every one here present for receiving orders, that if any one of them perchance be irregular, or excommunicated by the canons or by his Superior, or interdicted, suspended, illegitimate, infamous, or otherwise excluded by the canons, or have come from another diocese without the permission of his Bishop, or have not been recorded, examined, approved and proclaimed, on no account shall he approach to receive Orders. And also that none of those ordained shall depart until after Mass is finished and the blessing of the Bishop received.

Ordination of Clerics.

After this, the Archdeacon calls those who are to receive tonsure, saying :

Let those come forward who are to be promoted to first tonsure.

The other candidates rise and return to their places, where they remain seated. Then the Notary

mandat ómnibus, et síngulis pro suscipiéndis Ordínibus hic præséntibus, nequis forsan eórum irreguláris, aut álias a jure, vel ab hómine excommunicátus, interdíctus, suspénsus, spúrius, infámis, aut álias a jure prohíbitus, sive ex aliéna Diœcési oriúndus, sine licéntia sui Epíscopi, aut non descríptus, examinátus, approbátus, et nominátus, ullo pacto áudeat ad suscipiéndos Ordines accédere. Et quod nullus ex ordinátis discédat, nisi Missa finíta, et benedictióne Pontíficis accépta.

De Clerico faciendo.

Post hæc Archidiaconus vocat tonsurandos, dicens;

Accédant qui promovendi sunt ad prímam tonsúram.

Ceteri Ordinandi consurgunt et redeunt sessum ad locum suum. Deinde vocantur omnes Tonsu-

calls the names of all those who are to receive tonsure, and each one answers,

Present.

They kneel in a semicircle before the Bishop, who sits on the faldstool, wearing his mitre.

The Bishop then rises, with his mitre on, and says:

V. Blessed be the name of the Lord.

℟. From henceforth, now and forever.

V. Our help is in the name of the Lord.

℟. Who made heaven and earth.

The Bishop then says:

Dearest brethren, let us beseech our Lord Jesus Christ for these his servants, who for his love hasten to receive tonsure, that he bestow upon them the Holy Ghost, who shall forever preserve them in the practice of a religious life, and shall protect their hearts from the evil ways of the world and from worldly desires, and that, as they are changed in their appearance, his right hand may grant them an increase of virtue, and, by opening their eyes, deliver them from all spiritual and

randi nominatim et sigillatim per Notarium, et quilibet respondet,

Adsum.

Quibus ante altare coram Pontifice in faldistorio cum mitra sedente genuflexis.

Pontifex surgit cum mitra, et dicit:

V. Sit nomen Dómini benedíctum.

℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

Oremus, fratres charíssimi, Dóminum nostrum Jesum Christum, pro his fámulis suis, qui ad deponéndum comas cápitum suórum pro ejus amóre festínant, ut donet eis Spíritum Sanctum, qui hábitum Religiónis in eis in perpétuum consérvet, et a mundi impediménto, ac sæculári desidério corda eórum deféndat; ut, sicut immutántur in vúltibus, ita dextera manus ejus virtútis tríbuat eis increménta, et ab omni cæcitáti spirituáli et humána óculos

human blindness, and bestow upon them the light of eternal grace. Who liveth and reigneth with God the Father in the unity of the same Holy Ghost, God, world without end. Amen.

After this, the Bishop sits, and the choir sings the following antiphon and psalm:

It is thou, O Lord, that wilt restore mine inheritance to me.

PSALM XV.

Preserve me, O Lord, for I have put my trust in thee. I have said to the Lord, Thou art my God, for thou hast no need of my goods.

To the saints who are in his land he hath made wonderful all my desires in them.

Their infirmities were multiplied: afterwards they made haste.

I will not gather together their meetings for blood-offerings: nor will I be mindful of their names by my lips.

The whole antiphon is repeated:

It is thou, O Lord, &c.

After the psalm has been begun, the Bishop with a small scissors cuts some hair from the head of each, in four places, namely, from the fore-

eórum apériat, et lumen eis ætérnæ grátiæ concédat. Qui vivit, et regnat cum Deo Patre in unitáte ejúsdem Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Post hæc, sedente Pontifice, schola inchoat et prosequitur antiphonam et psalmum:

Tu es, Domine, qui restítues hæreditátem meam mihi.

PSALMUS XV.

Conserva me, Dómine, quoniam sperávi in te: dixi Dómino: Deus meus es tu, quoniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui sunt in terra ejus, mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum; póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus: nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Repetitur tota Antiphona:

Tu es Domine, etc.

Incepto psalmo, Pontifex cum forficibus incidit unicuique extremitates capillorum in quatuor locis; videlicet, in fronte, in occipitio, et ad utram-

head, from the back of the head, and near each ear, and then some from the crown of the head; and he lets the cuttings fall into a dish. And each one while he is being tonsured says:

The Lord is the portion of my inheritance and my cup; it is thou that wilt restore my inheritance to me.

When all have been tonsured, the Bishop rises without his mitre, and turned towards the candidates, says:

Let us pray.

Grant, we beseech thee, O Almighty God, that these thy servants whose hair we have this day for thy love taken away, may remain perpetually in thy love, and that Thou keep them forever without stain. Through Christ Our Lord. Amen.

Then the choir sings the following antiphon and psalm. When it is begun the Bishop sits with his mitre on.

These shall receive a blessing from the Lord and mercy from God their Saviour; because this is the generation of them that seek the Lord.

que aurem, deinde in medio capitis aliquot crines capillorum, et in bacile deponit, et quilibet cum tondetur, dicit :

Dominus pars hæreditátis meæ, et cálicis mei : tu es, qui restítues hæreditátem meam mihi.

Omnibus tonsis, mitra deposita, surgit Pontifex, et stans versus ad illos, dicit :

Orémus.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus, ut hi fámuli tui, quorum hódie comas cápitum pro amóre divíno deposúimus, in tua dilectióne perpétuo máneant; et eos sine mácula in sempitérnum custódias. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Tunc schola inchoat, et prosequitur Antiphonam sequentem. Qua incepta, Pontifex sedet cum mitra.

Hi accípient benedictiónem a Dómino: et misericórdiam a Deo salutári suo : quia hæc est generátio quæréntium Dóminum.

PSALM XXIII.

The earth is the Lord's and the fulness thereof: the world and all they that dwell therein.

For he hath founded it upon the seas, and hath prepared it upon the rivers.

Who shall ascend into the mountains of the Lord ; or who shall stand in his holy place ?

The innocent in hands, and clean of heart, who hath not taken his soul in vain, nor sworn deceitfully to his neighbor.

He shall receive a blessing from the Lord, and mercy from God his Saviour.

This is the generation of them that seek him, of them that seek the face of the God of Jacob.

Lift up your gates, O ye princes, and be ye lifted up, O eternal gates ; and the King of Glory shall enter in.

Who is the King of Glory ? The Lord who is strong and mighty : the Lord mighty in battle.

Lift up your gates, O ye princes, and

PSALMUS XXIII.

Domine est terra, et plenitúdo ejus: orbis terrárum, et univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit cum; et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus, et mundo corde, qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino; et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras et elevámini portæ æternáles: et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? Dóminus fortis, et potens: Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et

be ye lifted up, O eternal gates; and the King of Glory shall enter in.

Who is this King of Glory? the Lord of hosts he is the King of Glory.

Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Ghost. As it was in the beginning, now and ever shall be, world without end. Amen.

Then the whole antiphon is repeated:

These shall receive, &c.

When this is finished the Bishop rises with his mitre on and turned toward the altar, says:

Let us pray.

And the ministers say:

Let us bend our knees.

℟. Rise up.

And then the Bishop turning toward those who have been tonsured, and who are still kneeling, says:

Listen, O Lord, to our supplications and vouchsafe to bless these thy servants whom in thy holy name we invest with this habit of holy religion,

elevámini portæ æternáles: et introíbit Rex glóriæ,

Quis est iste Rex glóriæ? Dóminus virtútem ipse est Rex glóriæ.

Glória Patri, et Fílio: et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

Deinde repetitur tota Antiphona:

Hi accípient, etc.

Qua finita, surgit sine mitra Pontifex, et ad altare conversus, dicit:

Orémus.

Et ministri dicunt:

Flectámus génua.

℟. Leváte.

Et mox ad tonsos genuflexos versus Pontifex, dicit:

Adesto, Dómine, supplicatiónibus nostris, et hos fámulos tuos bene✠dícere dignáre, quibus in tuo sancto nómine hábitum sacræ religiónis impó-

that, with thine aid, they may be worthy to remain always devout in thy church, and receive eternal life. Through Christ Our Lord. ℟. Amen.

Then the Bishop sits with his mitre on, and taking from each one his surplice, puts it on him, saying:

May the Lord put on thee the new man, who according to God is created in justice and in the holiness of truth.

The Bishop then rises without his mitre, and turned toward the candidates, says:

Let us pray.

O Almighty and Eternal God, be merciful to us sinners, and release these thy servants from every bond of worldly dress; grant that, while they put off the ignominy of a worldly garment, they may enjoy thy grace for evermore; and that as we make them bear on their heads the likeness of thy crown, so by thy strength they may deserve to obtain the eternal inheritance in their hearts. Who with the Father and the

nimus, ut, te largiénte, et devóti in Ecclésia tua persístere; et vitam percípere mereántur ætérnam. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tum Pontifex sedet cum mitra, et acceptum a singulis superpelliceum cuilibet imponit, dicens:

Induat te Dóminus novum hóminem, qui secúndum Deum creátus est in justítia, et sanctitáte veritátis.

Quo expedito, sine mitra surgit Pontifex et versus ad illos dicit:

Orémus.

Omnipotens sempitérne Deus, propitiáre peccátis nostris, et ab omni servitúte sæculáris hábitus hos fámulos tuos emúnda; ut, dum ignomíniam sæculàris hábitus depónunt, tua semper in ævum grátia perfruántur; ut sicut similitúdinem corónæ tuæ eos gestáre fácimus in capítibus, sic tua virtúte hæreditátem súbsequi mereántur ætérnam in córdibus. Qui cum Patre, et

Holy Ghost liveth and reigneth God, world without end. Amen.

Then the Bishop sits with his mitre on and addresses them in these words:

Dearest children, you ought to consider, that to-day you have come under the jurisdiction of the Church, and have obtained the privileges of clerks. Take care lest you lose them on account of your faults; and by a becoming exterior, good morals and works, endeavor to please God. Which may he grant through his Holy Spirit. ℟. Amen.

Then, at the direction of the Archdeacon, they return to their places.

Ordination of Porters.

The clerks being ordained, the Bishop rises without his mitre, goes to the Missal, and says:

Let us pray.

The assistants say:

Let us bend our knees.

℟. Rise up.

Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde sedet cum mitra Pontifex, et alloquitur eos sub his verbis :

Filii charíssimi, animadvértere debétis, quod hódie de foro Ecclésiæ facti estis, et privilégia Clericália sortíti estis. Cavéte ígitur, ne propter culpas vestras illa perdátis ; et hábitu honésto, bonísque móribus, atque opéribus Deo placére studeátis : Quod ipse vobis concédat per Spíritum sanctum suum. ℟. Amen.

Tum, suggerente Archidiacono, Ordinati redeunt ad loca sua.

De Ordinatione Ostiariorum.

Clericis ordinatis, Pontifex dimissa mitra assurgit, accedit ad Missale, et dicit :

Orémus.

Assistentes autem :

Flectámus génua.

℟. Leváte.

He then reads the first prayer and first lesson, which being read, the Bishop sits down with his mitre on. The Archdeacon calls the candidates, saying:

Let those come forward who are to be ordained to the office of Porters.

And the Notary calls them separately by name, and each one answers:

Present.

All being on their knees before the Bishop, he exhorts them, saying:

Dearest children, who are about to receive the office of Porters, observe what you must do in the House of God. It is the duty of the Porter to strike the cymbal and ring the bell, to open the church and the sanctuary, and the book for him who preaches. Be on your guard, therefore, lest through your negligence anything in the church be destroyed; open the house of God at certain hours for the faithful, and always close it to infidels. Endeavor, also, that as you open and close with material keys the visible church, in like manner to close to the

Legit orationem primam et primam lectionem. Qua lecta, Pontifex sedet cum mitra. Archidiaconus vocat ordinandos dicens:

Accédant, qui ordinándi sunt ad offícium Ostiariórum.

Et mox Notarius singulos nominatim vocat et quilibet respondet:

Adsum.

Omnibus coram Pontifice genuflexis, admonet illos dicens:

Susceptúri, filii charíssimi, offícium Ostiariórum, vidéte, quæ in domo Dei ágere debeátis. Ostiárium opórtet percútere cymbalum, et cámpanam; aperíre Ecclésiam, et sacrárium; et librum aperíre ei qui prædicat. Providéte ígitur, ne per negligéntiam vestram, illárum rerum, quæ intra Ecclésiam sunt, áliquid depéreat; certísque horis domum Dei aperiátis fidélibus: et semper claudátis infidélibus.

Studéte etiam, ut, sicut materiálibus clávibus Ecclésiam visíbilem aperítis, et cláuditis; sic, et invisíbilem Dei Do-

devil and open to God, by your word and example, the invisible house of God, namely, the hearts of the faithful, so that the divine word which they hear, they may retain in their hearts and carry out in their lives, which may the Lord, through his mercy, accomplish in you.

Then the Bishop takes and presents to all, the keys of the church, which one after another they touch with their right hand, while the Bishop says:

Conduct yourselves as having to render an account to God for those things which are kept under these keys.

After this, the Archdeacon, or some one taking the place of the Archdeacon, conducts them to the door of the church, and makes them shut and open it; then he leads them to the tower, and presenting to each the bell-rope, directs him to ring the bell with one stroke; but if the tower be too distant and difficult of ascent, he makes each ring a little bell placed at the door of the church. Then he brings them back to the Bishop. When they are again kneeling before him, the Bishop, standing with his mitre on, and turned toward the candidates, says:

Dearest brethren, let us humbly beseech God the Father Almighty, to

mum, corda scílicet fidélium, dictis et exémplis vestris claudátis diábolo, et aperiátis Deo; ut divína verba, quæ audíerint, corde retíneant, et ópere cómpleant, quod in vobis Dóminus perfíciat per misericórdiam suam.

Deinde Pontifex accipit, et tradit omnibus claves Ecclesiæ, quas successive manu dextera singuli tangunt, Pontifice dicente:

Sic ágite, quasi redditúri Deo ratiónem pro iis rebus, quæ his clávibus recludúntur.

Post hæc, Archidiaconus, sive alius Archidiaconi vice fungens, ducit eos ad ostium Ecclesiæ, quod facit illos claudere et aperire; deinde ducit eos ad turrim et singulis eorum tradens funem campanæ, jubet ipsos pulsare campanam uno tinnitu; quod si turris nimis distet, et difficili ascensu sit, facit ut singuli campanulam ad ostium Ecclesiæ appensam pulsent. Deinde illos reducit ad Pontificem, quibus coram Pontifice genua flectentibus, stans cum mitra Pontifex versus ad ipsos ordinatos, dicit:

Deum Patrem omnipoténtem, fratres charíssimi, supplíciter deprecémur, ut

vouchsafe to bless these his servants, whom he has deigned to choose for the office of Porters, that they may be most diligent in their care of the house of God, observing both day and night the different hours for invoking the name of the Lord, with the assistance of Our Lord Jesus Christ, who liveth and reigneth with him in the unity of the Holy Ghost, God, world without end. Amen.

Then the Bishop, still standing, having put off his mitre, and turned toward the altar, says:

Let us pray.

And the ministers say:

Let us bend our knees.

℟. Rise up.

And turned towards the candidates, who are still kneeling, and standing, without his mitre, the Bishop says:

O Holy Lord, Almighty Father, Eternal God, vouchsafe to bless these thy servants in the office of Porters, that, amongst the Janitors of the Church, they may be devoted to thy service, and amongst thy elect they

hos fámulos suos bene✠dícere dignétur, quos in offícium Ostiariórum elígere dignátus est; ut sit eis fidelíssima cura in domo Dei, diébus, ac nóctibus, ad distinctiónem certárum horárum, ad invocándum nomen Dómini, adjuvánte Dómino nostro Jesu Christo; Qui cum eo vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Tum, mitra deposita, stans Pontifex, et conversus ad altare dicit:

Orémus.

Et ministri subjungunt:

Flectámus génua.
℟. Leváte.

Et statim versus ad illos genuflexos, stans sine mitra, dicit:

Domine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, bene✠dícere dignáre hos fámulos tuos in offícium Ostiariórum: ut inter janitóres Ecclésiæ tuo páreant obséquio, et inter eléctos tuos, partem

may be worthy to receive a part of thy reward. Through Our Lord Jesus Christ, thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, God; world without end. Amen.

After this, at the direction of the Archdeacon, they return to their places.*

Ordination of Readers.

The Porters being ordained, the Bishop returns to the Missal,† reads the versicle which follows the first lesson, then the second prayer and second lesson; which being read, the Bishop sits with his mitre on, and the Readers are called by the Archdeacon, in this manner:

Let those come forward who are to be ordained to the office of Readers.

And their names are called by the Notary. When they are on their knees before him, the Bishop exhorts them, saying:

As you have been chosen, dearest

* If, however, the same persons receive immediately another minor order, they remain kneeling, and their names are not called again by the Notary.

† This is the manner observed on the Saturdays of the Ember days, when several lessons are said. How it takes place at other times can be learned from the Pontifical.

tuæ mereántur habére mercédis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Post hæc Ordinati, suggerente Archidiacono, redeunt ad loca sua.*

De Ordinatione Lectorum.

Ostiariis ordinatis, Pontifex redit ad Missale,† legit versiculum qui sequitur lectionem primam, subjungit deinde secundam orationem et legit lectionem secundam ; qua lecta Pontifex sedit cum mitra et Lectores vocantur per Archidiaconum hoc modo :

Accédant qui ordinándi sunt ad offícium Lectórum.

Et mox nominantur per Notarium. Quibus coram Pontifice genuflexis, Pontifex admonet eos, dicens :

Electi, fílii charíssimi, ut sitis Lectó-

* Si autem iidem, qui ordinati sunt, alium minorem ordinem immediate recipiant, ibidem remanent, et iterum per Notarium non nominantur.

† Hic modus servatur in Sabbatis Quatuor Temporum in quibus plures dicuntur lectiones. Quomodo autem aliis temporibus fiat, ex Pontificali cognosci potest.

children, to be readers in the house of God, understand and fulfill your office. For God is powerful, and can increase in you the grace of eternal perfection. It is necessary for the Reader to read for him who preaches, to sing the Lessons and to bless the bread and all the new fruits. Endeavor, therefore, to announce distinctly and clearly the words of God, namely, the holy lessons, in such a manner that the faithful may understand and be edified, and without any corruption of the text, lest the meaning of the divine lessons intended for the instruction of your hearers should, by your negligence, be perverted. And what you read with your lips believe in your hearts, and practice by your works, so that you may be able to teach your hearers equally by your word and by your example. Therefore, when you read, stand in a high place, that you may be heard by all, and be seen, exhibiting by your elevated position the necessity incumbent upon you of possessing virtue in an emi-

res in domo Dei nostri, offícium vestrum agnóscite et impléte. Potens est enim Deus, ut áugeat vobis grátiam perfectiónis ætérnæ. Lectórem síquidem opórtet légere ei qui prædicat; et lectiónes cantáre; et benedícere panem, et omnes fructus novos. Studéte ígitur verba Dei vidélicet lectiónes sacras, distíncte et apérte ad intelligéntiam et ædificatiónem fidélium, absque omni mendácio falsitátis, proférre; ne véritas divinárum lectiónum, incúria vestra, ad instructiónem audientium corrumpátur. Quod autem ore légitis, corde credátis, atque ópere compleátis; quátenus auditóres vestros, verbo páriter et exémplo vestro, docére possítis. Ideóque, dum légitis, in alto loco Ecclésiæ stetis, ut ab ómnibus audiámini et videámini, figurántes positióne corporáli, vos in alto virtútum gradu debére conversári; quátenus cunctis, a quibus audímini, et vidémini, cœléstis

nent degree, and presenting the model of a heavenly life to all those by whom you are heard and seen, which may God accomplish in you, by his grace."

Then the Bishop takes and presents to all, the Book from which they are to read, which they touch with their right hand, while he says:

Receive (this book) and be readers of the Word of God, destined, if you faithfully and usefully fulfil your office, to have a part with those who from the beginning have acquitted themselves well in the ministry of the divine Word.

When this has been done, the Bishop, standing with his mitre on, turned toward the candidates, who are still kneeling, says:

Dearest brethren, let us beseech God, the Father Almighty, to mercifully bestow his blessing upon these his servants, whom he has vouchsafed to choose to the Order of Readers, that they may read distinctly what is to be read in the Church of God, and put in practice what they read, by their works. Through Our Lord Jesus

vitæ formam præbeátis; quod in vobis Deus ímpleat per grátiam suam.

Deinde Pontifex accipit, et tradit omnibus Codicem, de quo lecturi sunt, quem manu dextra tangunt, dicens:

Accípite et estóte verbi Dei relatóres, habitúri, si fideliter et utíliter implevéritis offícium vestrum, partem cum iis, qui verbum Dei bene administravérunt ab inítio.

Quibus expeditis, et illis genuflexis, Pontifex stans cum mitra versus ad eos, dicit:

Oremus, fratres charíssimi, Deum Patrem omnipoténtem, ut super hos fámulos suos, quos in órdinem Lectórum dignátur assúmere, bene✠dictiónem suam cleménter effúndat; quátenus distíncte legant, quæ in Ecclésia Dei legénda sunt, et eádem opéribus ímpleant. Per Dóminum nostrum Je

Christ, his Son, who liveth and reigneth with him in the unity of the Holy Ghost, God, world without end. Amen.

Then the Bishop, putting off the mitre, and standing turned toward the altar, says:

Let us pray.

And the ministers say:

Let us bend our knees.

℟. Rise up.

Then, wearing his mitre, and turning towards the candidates, who are still kneeling, he says:

O Holy Lord, Almighty Father, Eternal God, vouchsafe to bless these thy servants in the office of Readers, that, instructed by their diligent reading of the Lessons, and making their lives conformable therewith, they may declare what is to be done, and do the same themselves, and so in both ways, by the example of their sanctity, be advantageous to the Holy Church. Through Our Lord Jesus Christ, thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, God, world without end. Amen.

sum Christum Fílium suum, qui cum eo vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Tum Pontifex, mitra deposita, stans conversus ad altare, dicit:

Orémus.

Et ministri subjungunt:

Flectámus génua.

℟. Leváte.

Deinde conversus ad Ordinatos genuflexos dicit, sine mitra:

Domine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, bene✠dícere dignáre hos fámulos tuos in offícium Lectórum; ut assiduitáte lectiónum instrúcti sint, atque ordináti; et agénda dicant, et dicta ópere ímpleant; ut in utróque sanctæ Ecclésiæ, exémplo sanctitátis suæ, cónsulant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

After this, at the direction of the Archdeacon, those ordained return to their places.

Ordination of Exorcists.

The Readers being ordained, the Bishop goes to the Missal, reads the versicle after the second lesson, recites the third prayer and third lesson; which being read, the Bishop sits with his mitre on.

The Exorcists are called in the ordinary manner by the Archdeacon, who says:

Let those come forward who are to be ordained to the office of Exorcists.

The Notary calls them by name separately.

When they are on their knees before him, the Bishop exhorts them, saying:

As you are about to be ordained, dearest children, to the office of Exorcists, you ought to understand what you receive. For it is the duty of the Exorcists to cast out devils, to tell the people that he who does not communicate must give way, and to pour the water in the service. You receive, therefore, the power of imposing your hands on the possessed, and by the im-

Postea, suggerente Archidiacono, redeunt Ordinati ad loca sua.

De Ordinatione Exorcistarum.

Lectoribus ordinatis, Pontifex accedit ad Missale, legit versiculum post lectionem secundam, recitat orationem tertiam ac tertiam lectionem; qua lecta Pontifex sedet cum mitra.

Exorcistæ vero vocantur per Archidiaconum modo consueto, dicendo:

Accédant, qui ordinándi sunt ad Offícium Exorcistárum.

Et ipsi singulatim nominantur per Notarium.

Quibus coram Pontifice genuflexis, Pontifex admonet eos, dicens:

Ordinandi, fílii charíssimi, in offícium Exorcistárum, debétis nóscere quid suscípitis. Exorcístam étenim opórtet abjícere dæmones; et dícere pópulo, ut, qui non commúnicat, det locum, et aquam in ministério fúndere. Accípitis ítaque potestátem imponéndi manum super energúmenos, et per impositiónem mánuum vestrárum, grátia

position of your hands, with the grace of the Holy Ghost, and the words of the exorcism, the unclean spirits are expelled from the bodies of the possessed. Endeavor, therefore, that as you cast out devils from the bodies of others, in like manner you drive from your own minds and bodies all uncleanness and wickedness, lest you yield to those spirits whom by your ministry you drive away from others. Learn by your office to rule over your passions, so that the enemy may not be able to lay claim to anything as his own in your conduct. For then only will you rightly command devils in others, when you shall first have overcome their manifold wickedness in yourselves. May the Lord grant you to act thus, through his Holy Spirit.

After this, the Bishop takes and presents to all, the Book in which the exorcisms are written, which they touch with their right hands, whilst the Bishop says:

Take (this) and commit it to memory, and have power to impose hands

Spíritus sancti, et verbis exorcísmi pellúntur spíritus immúndi a corpóribus obséssis. Studéte ígitur, ut sicut a corpóribus aliórum dæmones expéllitis, ita a méntibus, et corpóribus vestris, omnem immundítiam, et nequítiam ejiciátis; ne illis succumbátis, quos ab áliis, vestro ministério, effugátis. Díscite per offícium vestrum vítiis imperáre; ne in móribus vestris áliquid sui juris inimícus váleat vindicáre. Tunc étenim recte in áliis, dæmónibus imperábitis, cum prius in vobis, eórum multímodam nequítiam superátis. Quod vobis Dóminus ágere concédat per Spíritum suum sanctum.

Post hæc Pontifex accipit, et tradit omnibus librum in quo scripti sunt exorcismi, quem manu dextera tangunt, Pontifice dicente:

Accípite, et commendáte memóriæ, et habéte potestátem imponéndi manus

on persons possessed, be they baptized or catechumens."

Afterwards, all continuing on their knees, the Bishop standing with his mitre on, says :

Let us humbly beseech, dearest brethren, God the Father Almighty to vouchsafe to bless these his servants in the office of Exorcists, that they may be spiritual rulers for expelling devils, with all their multiform wickedness, from the bodies of the possessed. Through his only begotten Son, Our Lord Jesus Christ, who liveth and reigneth with him in the unity of the Holy Ghost, God, world without end. Amen.

Then, turned towards the altar, and having put off his mitre, he says :

Let us pray.

And the ministers say :

Let us bend our knees.

℟. Rise up.

And immediately, turned toward the candidates, who are still kneeling, he says :

O Holy Lord, Almighty Father, Eternal God, vouchsafe to bless these

super energúmenos, sive baptizátos, sive catechúmenos.

Postea vero, omnibus devote genuflexis, Pontifex, cum mitra stans, dicit:

Deum Patrem omnipoténtem, fratres charíssimi, súpplices deprecémur, ut hos fámulos suos bene✠dícere dignétur, in offícium Exorcistárum, ut sint spirituáles imperatóres, ad abjiciéndos dæmones de corpóribus obséssis, cum omni nequítia eórum multifórmi. Per unigénitum fílium suum Dóminum nostrum, Jesum Christum, qui cum eo vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Tum conversus ad altare, deposita mitra, dicit:

Orémus.

Et ministri subjungunt:

Flectámus génua.

℟. Leváte.

Et mox conversus ad Ordinatos genuflexos, dicit:

Domine sancte Pater omnípotens, ætérne Deus, bene✠dícere dignáre hos

thy servants in the office of Exorcists, that, by the imposition of hands, together with the words of the Exorcism, they may have power and authority to subjugate the unclean spirits, and also that they may be acceptable physicians of thy Church, confirmed by the gift of healing and by heavenly virtue, through Our Lord Jesus Christ, thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, God, world without end. Amen.

After this, at the direction of the Archdeacon, they return to their places.

Ordination of Acolytes.

The Exorcists being ordained, the Bishop returns to the Missal, and reads the versicle which follows the third lesson; then he reads the fourth prayer and the fourth lesson; which being read, he sits with his mitre on.

The Acolytes are called by the Archdeacon.

Let those come forward who are to be ordained to the office of Acolytes.

And the names are called by the Notary.

When thev are kneeling before him, the Bishop exhorts them, saying:

fámulos tuos in offícium Exorcistárum; ut per impositiónem mánuum, et oris officíum, potestátem, et impérium hábeant spíritus immúndos coercéndi; ut probábiles sint médici Ecclésiæ tuæ, grátia curatiónum, virtutéque cœlésti confirmáti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Post hæc suggerente Archidiacono, redeunt ad loca sua.

De Ordinatione Acolythorum.

Exorcistis ordinatis, Pontifex redit ad Missale, et legit versiculum qui sequitur lectionem tertiam, deinde recitat quartam orationem et subjungit lectionem quartam; qua lecta sedet cum mitra.

Acolythi vero vocantur per Archidiaconum:

Accédant qui ordinándi sunt ad offícium Acolythórum.

Et mox nominantur per Notarium.

Quibus coram Pontifice genuflexis, Pontifex admonet eos dicens:

As you are about to receive, dearest children, the office of Acolytes, reflect upon what you receive. For it is the duty of the Acolyte to carry the candlestick, to light the lights of the church, and minister wine and water for the Eucharist. Study, therefore, worthily to fulfill the office when you have received it. For you will not be able to please God, if carrying in your hands a light for Him, you serve the works of darkness, and by so doing set an example of faithlessness to others. But as Truth itself says: 'Let your light shine before men, that they may see your good works and glorify your Father, who is in Heaven (Matt. v, 16). And as the Apostle Paul says, "In the midst of a crooked and perverse generation, shine as lights in the world, holding forth the word of life" (Phil. ii, 15). Therefore let your loins be girt, and lamps burning in your hands that you may be children of the light (Jo. xii, 36). Cast off the works of darkness and put on the armor of light (Rom

Suscepturi, fílii charíssimi, offícium Acolythórum, pensáte quod suscípitis. Acólythum étenim opórtet ceroferárium ferre; luminária Ecclésiæ accéndere, vinum et aquam ad Eucharistíam ministráre. Studéte ígitur suscéptum offícium digne implére. Non enim Deo placére potéritis, si lucem Deo mánibus præferéntes, opéribus tenebrárum inserviátis, et per hoc áliis exémpla perfídiæ præbeátis. Sed sicut véritas dicit; Lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cœlis est (Matt. v, 16). Et sicut Apóstolus Paulus ait: In medio natiónis pravæ et pervérsæ, lucéte sicut luminária in mundo verbum vitæ continéntes (Phil. ii, 15). Sint ergo lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris, ut fílii lucis sitis (Jo. xii, 36). Abjiciátis ópera tenebrárum, et induámini arma lucis (Rom. xiii, 12).

xiii, 12). For you were heretofore darkness, but now light in the Lord. Walk then as children of the Light (Eph. v, 8). What that light is, upon which the Apostle so much, insists, he points out himself, adding: for the fruit of the light is in all goodness, and justice, and truth (Eph. v, 9). Be, therefore, solicitous, in all justice, goodness, and truth, to illumine yourselves and others and the Church of God. For then will you worthily minister wine and water in the sacrifice of God, when, by a chaste life and good works, you shall have offered yourselves as a sacrifice to God. Which may the Lord grant you through his mercy.

After this the Bishop takes and presents to all a candlestick with a candle not lighted, which one after another they each touch with their right hand, while the Bishop says :

Receive this candlestick and candle, and know that you are obligated to light the lamps of the church in the name of the Lord. ℟. Amen.

Erátis enim aliquándo ténebræ, nunc autem lux in Dómino. Ut fílii lucis ambuláte (Eph. v, 8). Quæ sit vero ista lux, quam tantópere incúlcat Apóstolus, ipse demónstrat, subdens: Fructus enim lucis est, in omni bonitáte et justítia, et veritáte (Eph. v, 9). Estóte ígitur sollíciti, in omni justítia, bonitáte, et veritáte; ut, et vos, et álios, et Dei Ecclésiam illuminétis. Tunc étenim in Dei sacrifício digne vinum suggerétis, et aquam, si vos ipsi Deo sacrifícium, per castam vitam, et bona ópera, obláti fuéritis. Quod vobis Dóminus concédat per misericórdiam suam.

Post hæc Pontifex accipit et tradit omnibus candelabrum cum candela extincta; quod successive manu dextera singuli tangunt, Pontifice dicente:

Accípite ceroferárium cum céreo, et sciátis vos ad accendénda Ecclésiæ luminária mancipári, in nómine Dómini. ℟. Amen.

Then he takes and presents to them an empty cruet, which likewise they touch, while he says to all:

Receive this cruet for supplying wine and water for the Eucharist of the blood of Christ, in the name of the Lord. ℟. Amen.

Afterward, they being still on their knees, the Bishop standing with his mitre on and turned toward them, says:

Let us humbly beseech, dearest brethren, God the Father Almighty, to vouchsafe to bless these his servants in the Order of Acolytes, so that, carrying a visible light in their hands, they may show forth a spiritual light in their conduct, with the assistance of Our Lord Jesus Christ, who with Him and the Holy Ghost liveth and reigneth God, world without end. Amen.

Then the Bishop, turning toward the altar, and standing without his mitre, says:

Let us pray.

And the ministers:

Let us bend our knees.

℟. Rise up.

Tunc accipit, et tradit eis urceolum vacuum, quem similiter tangunt, dicens communiter omnibus:

Accípite urcéolum, ad suggeréndum vinum, et aquam in Eucharistíam Sánguinis Christi, in nómine Dómini. ℟. Amen.

Postea eis genuflexis permanentibus Pontifex stans cum mitra versus ad eos, dicit:

Deum Patrem omnipoténtem, fratres charíssimi, supplíciter deprecémur, ut hos fámulos suos bene✠dícere dignétur in órdine Acolythórum; quátenus lumen visíbile mánibus præferéntes, lumen quoque spirituále móribus præbeant: adjuvánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum eo, et Spíritu sancto vivit, et regnat Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Tum Pontifex ad altare se convertens, deposita mitra, stans, dicit:

Orémus.

Et ministri:

Flectámus génua.

℟. Leváte.

And then the Bishop, turning toward the candidates, who are still kneeling, says:

O Holy Lord, Almighty Father, Eternal God, who, through Jesus Christ thy Son Our Lord, and his Apostles, didst send the light of thy glory into this world, and who, in order to blot out the ancient handwriting of our death, didst wish him to be fastened to the standard of the most glorious cross, and blood and water to flow from his side for the salvation of the human race, vouchsafe to bless these thy servants in the office of Acolytes, so that, in lighting the lights of thy church, and in offering the wine and water for the consecration of the blood of Christ Thy Son, in the Eucharistic sacrifice, they may faithfully minister at thy holy altars. Inflame, O Lord, their minds and hearts with the love of thy grace, so that, illumined with the sight of thy splendor, they may faithfully serve thee in the Holy Church, through the same Christ Our Lord. Amen.

Et mox Pontifex conversus ad eosdem genuflexos, dicit:

Domine sancte Pater omnípotens, ætérne Deus, qui per Jesum Christum Fílium tuum Dóminum nostrum, et Apóstolos ejus, in hunc mundum lumen claritátis tuæ misísti: quique ut mortis nostræ antíquum aboléres chirógraphum, gloriosíssimæ illum crucis vexíllo affígi, ac sánguinem, et aquam ex látere illíus pro salúte géneris humáni efflúere voluísti, bene✠dícere dignáre hos fámulos tuos in offícium Acolythórum; ut ad accendéndum lumen Ecclésiæ tuæ, et ad suggeréndum vinum, et aquam ad conficiéndum sánguinem Christi Fílii tui in offerénda Eucharistía, sanctis altaribus tuis fideliter subminístrent. Accénde, Dómine, mentes eórum, et corda, ad amórem gratiæ tuæ, ut illumináti vultu splendóris tui, fidéliter tibi in sancta Ecclésia desérviant. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Let us pray.

O Holy Lord, Almighty Father, Eternal God, who didst speak to Moses and Aaron, and tell them to light the lamps in the tabernacle of the Testimony, vouchsafe to bless these thy servants, that they may be Acolytes in thy Church, through Christ Our Lord. Amen.

Let us pray.

O Almighty and Eternal God, fountain of light and origin of goodness, who, through Jesus Christ thy Son, the true Light, didst illumine, and by the mystery of his passion didst redeem the world, vouchsafe to bless these thy servants, whom we consecrate in the office of Acolytes, beseeching thy clemency to illumine their minds with the light of science, and water them with the dew of thy piety, so that, with thy assistance, their ministry may be acceptable, such that they may deserve to attain to an eternal reward, through the same Christ Our Lord. ℟. Amen.

Orémus.

Dómine sancte Pater omnípotens ætérne Deus, qui ad Móysem, et Aaron locútus es, ut accenderéntur lucérnæ in tabernáculo testimónii, bene✠dícere dignáre hos fámulos tuos : ut sint Acólythi in Ecclésia tua. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

Omnipotens sempitérne Deus, fons lucis, et orígo bonitátis, qui per Jesum Christum Fílium tuum, lumen verum, mundum illumínásti, ejúsque passiónis mystério redemísti, bene✠dícere dignáre hos fámulos tuos, quos in offícium Acolythórum consecrámus, poscéntes cleméntiam tuam, ut eórum mentes, et lúmine sciéntiæ illústres, et pietátis tuæ rore írriges ; ut ita accéptum ministérium, te auxiliánte, péragant, quáliter ad ætérnam remuneratiónem perveníre mereántur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

After this, at the direction of the Archdeacon, they return to their places.

Ordination of Subdeacons.

The Acolytes being ordained, the Bishop returns to the Missal and reads the versicle after the fourth lesson, then the fifth prayer and fifth lesson; which being read, the Bishop returns to his seat before the middle of the altar, and the Archdeacon, turned towards the candidates for Ordination, says:

Let those come forward who are to be ordained Subdeacons.

And the Notary calls each one of them, adding to the name and surname the title to which they are ordained; *e. g.*, N. to the title of the Church of N.; Brother N., professed of the Order of N., to the title of poverty; N. to the title of the Mission; and so of others; and each one when he is called answers:

Present.

And they all come before the altar and remain standing two or three paces from the lowest step. And the Bishop, sitting with his mitre on, exhorts them (unless they are all religious, because then this exhortation is omitted), saying:

Dearest children, as you are about to be promoted to the Holy Order of

Post hæc, suggerente Archidiacono, Ordinati redeunt ad loca sua.

De Ordinatione Subdiaconi.

Acolythis ordinatis, Pontifex redit ad Missale, et legit versiculum post quartam lectionem deinde subjungit quintam orationem et lectionem quintam; qua lecta Pontifex revertitur ad sedem suam, ante medium altaris et Archidiaconus versus ad Ordinandos dicit:

Accédant qui ordinándi sunt Subdiáconi.

Et Notarius unumquemque illorum vocat, nomini et cognomini adjungens titulum ad quem ordinantur; *e. g.*, N. ad titulum Ecclesiæ N.; Frater N. professus Ordinis N. ad titulum paupertatis. N. ad Titulum Missionis, et sic de aliis, et quilibet vocatus dicit:

Adsum.

Et omnes procedunt ante altare, restantes longe ab infimo gradu passibus duobus tribusve ibique stant in pedes. Et Pontifex cum mitra sedens, admonet eos: (nisi omnes sint religiosi, quia tunc ista admonitio omittitur) dicens:

Filii dilectíssimi, ad sacrum Subdiaconátus Ordinem promovéndi, ite-

Subdeaconship, you should attentively consider, again and again, what a burden you this day freely seek. For as yet you are free, and it is optional for you to enter upon worldly pursuits; if, however, you receive this Order, you will no longer be at liberty to retrace your steps, but you will be obliged to serve God perpetually (to serve whom is to reign), and with his assistance to observe chastity and be forever bound to the service of the Church. Wherefore, while there is yet time, reflect—now if you wish to persevere in your holy resolution, in the name of God, come forward.

After the exhortation, the candidates advance one step toward the altar.

Then the Archdeacon calls the others who are to be ordained, saying:

Let those come forward who are to be ordained Deacons and Priests.

And they come before the altar, in such a manner, however, that those to be ordained to Subdeaconship kneel on the Epistle side, those to Deaconship on the Gospel side, and those to Priesthood in the middle before the altar, if this can be done conveniently, and if the number of the

rum atque íterum consideráre debétis atténte, quod onus hódie ultro appétitis. Háctenus enim líberi estis, licétque vobis pro arbítrio ad sæculária vota transíre; quod si hunc Ordinem suscepéritis, ámplius non licébit a propósito resilíre; sed Deo, cui servíre regnáre est, perpétuo famulári, et castitátem, illo adjuvánte, serváre oportébit, atque in Ecclésiæ ministério semper esse mancipátos. Proinde, dum tempus est, cogitáte, et, si in sancto propósito perseveráre placet; in nómine Domini, huc accédite.

Post admonitionem Ordinandi approximent uno passu ad altare.

Deinde Archidiaconus vocat cæteros Ordinandos, dicens:

Accédant qui ordinándi sunt Diáconi, et Presbyteri.

Et ipsi procedunt ante altare, eo tamen discrimine ut ordinandi Subdiaconatu genuflectant in latere Epistolæ, ordinandi Diaconatu in latere Evangelii, ordinandi autem Presbyteratu in medio ante altare, si potest id commode fieri et

candidates permits; otherwise, they are placed in whatever way seems most convenient.

When they have been thus arranged, the Bishop, with his mitre on, kneels before the faldstool placed on the highest step, or on the platform of the altar, and all those who are to be ordained, prostrate themselves in their places on the carpet; the Ministers and the others present kneel; and the chanters intone the Litany of the Saints, the choir making the responses; or if the Office be celebrated without music, the Bishop recites the Litany, the ministers making the responses.

Lord, have mercy on us.
Christ, have mercy on us.
Lord, have mercy on us.
Christ, hear us.
Christ, graciously hear us.

God the Father of Heaven,
God the Son, Redeemer of the World,
God the Holy Ghost,
Holy Trinity, One God,
Have mercy on us.

Holy Mary, *pray for us.*
Holy Mother of God, *pray for us.*

Holy Virgin of virgins,
St. Michael,
St. Gabriel,
St. Raphael,
Pray for us.

si numerus ordinandorum patitur, secus disponuntur ut commodius videtur.

Quibus sic ordinatis, Pontifex, mitram in capite tenens, procumbit super faldistorium, in superiori gradu, sive plano altaris paratum, et omnes ordinandi in locis super tapetia prosternunt se; Ministri vero, et alii astantes genuflectunt; et schola inchoat Litanias, choro respondente; vel si Officium fiat sine cantu, Pontifex dicit Litanias Ministris respondentibus:

KYRIE, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus Sancte Deus,
Sancta Trinitas, unus Deus,
} *Miserere nobis.*

Santa Maria, *ora pro nobis.*
Sancta Dei Genitrix, *ora pro nobis.*

Sancta Virgo Virginum,
Sancte Michael,
Sancte Gabriel,
Sancte Raphael,
} *Ora pro nobis.*

All ye holy Angels and Archangels,
All ye holy orders of Blessed Spirits,
St. John the Baptist,
St. Joseph,
All ye holy Patriarchs and Prophets,
St. Peter,
St. Paul,
St. Andrew,
St. James,
St. John,
St. Thomas,
St. James,
St. Philip,
St. Bartholomew,
St. Matthew,
St. Simon,
St. Thaddeus,
St. Matthias,
St. Barnabas,
St. Luke,
St. Mark,
All ye holy Apostles and Evangelists,

Pray for us.

Omnes Sancti Angeli et Archangeli, *orate pro nobis.*

Omnes Sancti Beatorum Spirituum ordines, *orate pro nobis.*

Sancte Joannes Baptista, *ora pro nobis.*

Sancte Joseph, *ora pro nobis.*

Omnes Sancti Patriarchæ et Prophetæ, *orate pro nobis.*

Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Jacobe,
Sancte Joannes,
Sancte Thoma,
Sancte Jacobe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomæe,
Sancte Matthæe,
Sancte Simon,
Sancte Thaddæe,
Sancte Matthia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,
Sancte Marce,
} *Ora pro nobis.*

Omnes Sancti Apostoli et Evangelistæ, *orate pro nobis.*

All ye holy Disciples of our Lord,

All ye holy Innocents,

St. Stephen,
St. Laurence,
St. Vincent,
St. Fabian and St. Sebastian,
St. John and St. Paul,
St. Cosmas and St. Damian,
St. Gervase and St. Protase,
All ye holy Martyrs,
St. Sylvester,
St. Gregory,
St. Ambrose,
St. Augustine,
St. Jerome,
St. Martin,
St Nicholas,
All ye holy Bishops and Confessors,
All ye holy Doctors,
St. Antony,
St Benedict,
St. Bernard,
St. Dominic,
St. Francis,

Pray for us.

Omnes Sancti Discipuli Domini, *orate pro nobis.*

Omnes Sancti Innocentes, *orate pro nobis.*

Sancte Stephane,
Sancte Laurenti,
Sancte Vincenti, } *Ora, etc.*

Sancti Fabiane et Sebastiane,
Sancti Joannes et Paule,
Sancti Cosma et Damiane,
Sancti Gervasi et Protasi, } *Orate pro nobis.*

Omnes Sancti Martyres, *orate pro nobis,*

Sancte Sylvester,
Sancte Gregori,
Sancte Ambrosi,
Sancte Augustine,
Sancte Hieronyme,
Sancte Martine,
Sancte Nicolae, } *Ora, etc.*

Omnes Sancti Pontifices et Confessores, *orate pro nobis.*

Omnes Sancti Doctores, *orate pro nobis.*

Sancte Antoni,
Sancte Benedicte,
Sancte Bernarde,
Sancte Dominice,
Sancte Francisce, } *Ora pro nobis.*

All ye holy Priests and Levites,

All ye holy Monks and Hermits,

St. Mary Magdalen,
St. Agatha,
St. Lucy,
St. Agnes,
St. Cecilia,
St. Catharine,
St. Anastasia,
All ye holy Virgins and Widows,

Pray for us.

All ye holy Men and Women, Saints of God,
Make intercession for us.
Be merciful.
Spare us, O Lord.
Be merciful.
Graciously hear us, O Lord.
From all evil, *O Lord, deliver us.*
From all sin, *O Lord, deliver us.*
From Thy wrath,
From a sudden and unprovided death,
From the snares of the devil,
From anger, and hatred, and all ill-will,

O Lord, deliver us.

Omnes Sancti Sacerdotes et Levitæ, *orate pro nobis.*

Omnes Sancti Monachi et Eremitæ, *orate pro nobis.*

Sancta Maria Magdalena,
Sancta Agatha,
Sancta Lucia,
Sancta Agnes,
Sancta Cæcilia,
Sancta Catharina,
Sancta Anastasia,
} *Ora pro nobis.*

Omnes Sanctæ Virgines et Viduæ, *orate pro nobis.*

Omnes Sancti et Sanctæ Dei, *Intercedite pro nobis.*

Propitius esto.
Parce nobis Domine.
Propitius esto.
Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, *libera nos, Domine.*
Ab omni peccato, *libera nos, Domine.*

Ab ira Tua,
A subitanea et improvisa morte,
Ab insidiis diaboli,
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate,
} *Libera nos, Domine.*

From the spirit of fornication,
From lightning and tempest,
From the scourge of the earth-
quake,
From plague, famine, and war,
From everlasting death,
By the mystery of thy holy In-
carnation,
By thy coming,
By thy birth,
By thy baptism and holy fasting,
By thy cross and passion,
By thy death and burial,
By thy holy resurrection,
By thine admirable ascension,
By the coming of the Holy Ghost,
the Comforter,
In the day of judgment,

O Lord, deliver us.

We sinners, *beseech Thee to hear us*,
That thou vouchsafe to spare us,
That thou vouchsafe to pardon
us,
That thou vouchsafe to bring us
to true repentance,

We beseech, etc.

A spiritu fornicatiónis,
A fulgure et tempestate,
A flagello terræmotus,
A peste, fame et bello,
A morte perpétua,
Per mysterium sanctæ Incarnatiónis tuæ,
Per advéntum tuum,
Per nativitátem tuam,
Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum,
Per crúcem et passiónem tuam,
Per mortem et sepultúram tuam,
Per sanctam resurrectiónem tuam,
Per admirábilem ascensiónem tuam,
Per advéntum spíritus sancti parácliti,
In die judícii,

Libera nos, Domine.

Peccatores, *Te rogamus, audi nos,*
Ut nobis parcas,
Ut nobis indúlgeas,
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris,

Te rogamus, audi nos.

That thou vouchsafe to govern and preserve thy holy Church,

That thou vouchsafe to preserve our Apostolic Prelate, and all orders in holy religion,

That thou vouchsafe to humble the enemies of thy holy Church,

That thou vouchsafe to give peace and true concord to all christian kings and princes,

That thou vouchsafe to grant peace and unity to all christian people,

That thou vouchsafe to confirm and preserve us in thy holy service,

That thou lift up our minds to heavenly desires,

That thou render eternal good things to all our benefactors,

We beseech Thee to hear us.

Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conserváre dignéris,

Ut Domnum apostólicum, et omnes ecclesiásticos órdines in sancta religióne conserváre dignéris,

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris,

Ut régibus et princípibus christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris,

Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem largíri dignéris,

Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre dignéris,

Ut mentes nostras ad cœléstia desidéria érigas,

Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas,

Te rogamus, audi nos.

That thou deliver our souls and those of our brethren, relatives, and benefactors from eternal damnation,

That thou vouchsafe to give and to preserve the fruits of the earth,

That thou vouchsafe to give eternal rest to all the faithful departed.

We beseech Thee to hear us.

Here the Bishop rises from his kneeling posture, and with his mitre on, turning toward those who are to be ordained, and holding in his left hand the crosier, says (the candidates, meanwhile, remaining prostrate) :

That thou vouchsafe to bless these elect.

We beseech thee to hear us.

He says a second time :

That thou vouchsafe to bless and sanctify these elect. ℟. We beseech thee to hear us.

He says a third time :

That thou vouchsafe to bless, sanctify, and consecrate these elect. ℟. We beseech thee to hear us.

Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, et benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias,

Ut fructus terræ dare, et conserváre dignéris,

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris.

Te rogamus, audi nos.

Hic surgit Pontifex cum mitra ab accubitu, et se ad Ordinandos vertens, et baculum pastoralem in sinistra manu tenens ordinandis prostratis manentibus, dicit :

Ut hos electos bene✠dícere dignéris.

Te rogámus audi nos.

Secundo dicit ;

Ut hos eléctos bene✠dícere, et sanctificáre dignéris. ℟. Te rogámus, audi nos.

Tertio dicit :

Ut hos eléctos bene✠dícere, sanctificáre, et consecráre dignéris. ℟. Te rogámus, audi nos.

Then he kneels again before the faldstool, the chanters continuing the Litany to the end, as follows:

That Thou vouchsafe graciously to hear us, we beseech Thee to hear us.

Son of God, we beseech Thee to hear us.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, spare us, O Lord.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, graciously hear us, O Lord.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, have mercy on us.

Christ hear us. Christ graciously hear us.

Lord have mercy on us.

Christ have mercy on us.

Lord have mercy on us.

The Litany being finished, the Bishop rises and sits on the faldstool before the middle of the altar with his mitre on, and the Archdeacon says in a loud voice:

Let those who are to be ordained Deacons and Priests retire to their places.

Tum iterum super faldistorium procumbit, schola perficiente Litanias usque ad finem, videlicet:

Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus audi nos.

Fili Dei, te rogámus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Christe, audi nos. Christe, exáudi nos.

Kyrie, eleison.

Christe, eleison.

Kyrie, eleison.

Quibus finitis, Pontifex surgens cum mitra sedet super faldistorium ante medium altaris, et Archidiaconus dicit alta voce:

Recédant in partem, qui ordinándi sunt Diáconi, et Presbýteri.

And all rise and return to their places except those who are to be ordained Subdeacons, who remain kneeling before the altar, and the Bishop exhorts them, saying:

Dearest children, who are about to receive the office of Subdeacon, consider well the ministry that is given to you. It is the duty of the Subdeacon to prepare water for the service of the altar, to wash the palls of the altar (antipendiums) and corporals, to assist the Deacon, and present him the chalice and paten used in the sacrifice. Of the offerings, called the bread of the proposition, which are brought to the altar, no more than what is sufficient for the people should be placed on the altar, so that nothing corrupt may remain in the sanctuary. The palls which cover the front of the altar (antipendiums) should be washed in one vessel, and the corporal palls in another; and none of the other linens should be washed in the vessel in which the corporal palls have been washed, and the water so used should be thrown into the *sacrarium*. Study, therefore, while executing neatly and most diligently

Et omnes consurgunt in pedes et redeunt ad loca sua, exceptis Ordinandis ad Subdiaconatum qui perstant nixi genibus ante altare et Pontifex admonet eos dicens:

Adeptúri, fílii dilectíssimi, offícium Subdiaconátus sédulo atténdite, quale ministérium vobis tráditur. Subdiáconum enim opórtet aquam ad ministérium altáris præparáre; Diácono ministráre; pallas altáris, et corporália ablúere; Cálicem, et Paténam in usum sacrifícii eídem offérre. Oblatiónes quæ véniunt in altáre, panes propositiónis vocántur: de ipsis oblatiónibus tantum debet in altáre poni, quantum pópulo possit suffícere, ne áliquid pútridum in sacrário remáneat. Pallæ, quæ sunt in substratório altáris, in álio vase debent lavári, et in álio corporáles pallæ. Ubi autem corporáles pallæ lotæ fúerint, nullum áliud linteámen debet lavári, ípsaque lotiónis aqua in baptistérium debet vergi. Studéte ítaque, ut ista visibília ministéria quæ

these visible services which we have indicated, in like manner, also, to perform those invisible ones, of which these are the exemplars. For the altar of the Holy Church is Christ himself, according to John, who, in his Apocalypse, relates that he saw a golden altar, Christ, standing before the throne (Apoc. viii, 3), in whom and through whom the offerings of the faithful are consecrated to God the Father. The palls of the altar (antipendiums) and corporals represent the members of Christ, namely, God's faithful, by whom the Lord, as with precious vestments, is robed, as the Psalmist saith: "The Lord hath reigned, he is clothed with beauty" (Psal. xcii, 1). Blessed John, also, in the Apocalypse, saw the Son of Man girded with a golden cincture (Apoc. i, 13), that is, with a multitude of saints. If, therefore, through human frailty, it should happen that the faithful in any way be sin-stained, you should present them the water of heavenly doctrine, purified by which, they may again become the ornament

díximus, nítide et diligentíssime compléntes, invisibília horum exémplo perficiátis. Altáre quidem sanctæ Ecclésiæ, ipse est Christus, teste Joánne, qui in Apocalypsi sua, altáre áureum se vidísse pérhibet, stans ante thronum, (Apoc. viii, 3) in quo, et per quem, oblatiónes fidélium Deo Patri consecrántur. Cujus altáris pallæ et corporália sunt membra Christi, scílicet fidéles Dei, quibus Dóminus, quasi vestiméntis pretiósis circúmdatur, ut ait Psalmísta: Dóminus regnávit, decórem indútus est (Psal. xcii, 1). Beátus quoque Joánnes in Apocalypsi vidit Fílium hóminis præcínctum zona áurea (Apoc. i, 13), id est, sanctórum catérva. Si ítaque humána fragilitáte contíngat in áliquo fidéles maculári, præbénda est a vobis aqua cœléstis doctrínæ, qua purificáti, ad ornaméntum altáris, et cultum divíni sacrifícii, rédeant. Estóte ergo tales, qui sacrifíciis divínis, et Ecclésiæ Dei, hoc est, córpori Christi

of the altar, and participate in the worship of the divine sacrifice. Be therefore such, that you may be faithful ministers in the divine sacrifices, worthily serving the Church of God, that is, the Body of Christ; be grounded in the true and Catholic faith, since, as the Apostle says, everything that is not of faith is sin, is schismatical, and is outside of the unity of the Church. And therefore, if heretofore you have been sluggish in devotion to the Church, henceforth you should be diligent; if heretofore you have been slumbering, henceforth you should be vigilant; if heretofore given to drink, henceforth temperate; if heretofore lacking in purity, henceforth chaste. All of which may he vouchsafe to grant you, who liveth and reigneth God, world without end. Amen.

Then the Bishop takes and presents to all an empty chalice, with a paten placed on it, which one after another they touch with the right hand, while the Bishop says:

See whose ministry is given to

digne servíre valeátis, in vera et cathólica fide fundáti; quóniam, ut ait Apóstolus; Omne quod non est ex fide, peccátum est, schismáticum est, et extra unitátem Ecclésiæ est. Et ídeo, si usque nunc fuístis tardi ad Ecclésiam, ámodo debétis esse assídui. Si usque nunc somnolénti, ámodo vígiles. Si usque nunc ebriósi, ámodo sóbrii. Si usque nunc inhonésti, ámodo cásti. Quod ipse vobis præstáre dignétur, qui vivit, et regnat Deus in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde Pontifex accipit, et tradit omnibus Calicem vacuum; cum Patena vacua superposita, quem successive manu dextera singuli tangunt, Pontifice dicente:

Vidéte cujus ministérium vobis trá-

you; I admonish you, therefore, so to comport yourselves as to be pleasing to God.

And the Archdeacon takes and presents to them cruets with wine and water, and a basin with finger towel, all of which things they likewise touch. Afterward the Bishop rises, and turned toward the people, and standing with his mitre on, says:

Let us beseech God and our Lord, dearest brethren, to pour down his blessing and his grace on these his servants, whom he has vouchsafed to call to Subdeaconship, that, faithfully serving in his sight, they may obtain the rewards predestined for the saints, with the assistance of our Lord Jesus Christ, who liveth and reigneth with Him in the unity of the Holy Ghost, God, world without end. ℟. Amen.

Then, putting off his mitre, and turned toward the altar, the Bishop says:

Let us pray.

And the ministers:

Let us bend our knees.
℟. Rise up.

ditur; ídeo vos admóneo, ut ita vos exhibeátis, ut Deo placére possítis.

Et Archidiaconus accipit; et tradit eis urceolos cum vino, et aqua, ac bacile cum manutergio, quæ omnia similiter tangunt. Postea surgit Pontifex, et versus ad populum, stans cum mitra, dicit:

Oremus Deum, ac Dóminum nostrum, fratres charíssimi, ut super hos servos suos, quos ad Subdiaconátus offícium vocáre dignátus est, infúndat bene✠dictiónem suam, et grátiam; ut in conspéctu ejus fidéliter serviéntes, prædestináta sanctis præmia consequántur: Adjuvánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Tum deposita mitra, conversus ad altare Pontifex dicit:

Orémus.

Et ministri:

Flectámus génua.

℟. Leváte.

And the Bishop, without his mitre, turned toward the candidates, who are still kneeling, says :

O Holy Lord, Almighty Father, Eternal God, vouchsafe to bless these thy servants, whom thou hast deigned to select for the office of Subdeacon, making them prompt and watchful sentinels of the heavenly army in thy holy sanctuary, and faithful ministers at thy holy altars, and let the spirit of Wisdom and Understanding, the spirit of Counsel and Fortitude, the spirit of Knowledge and Piety, rest over them, and fill them with the spirit of thy Fear, and confirm them in thy divine ministry, so that, obedient to thee, both in word and deed, they may obtain thy grace, through our Lord Jesus Christ, thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the same Holy Ghost, God, world without end. ℟. Amen.

Then the Bishop, sitting with his mitre on, draws the amice which hangs loosely on the neck of the candidates over the head of each, saying :

Et mox Pontifex versus ad Ordinandos genuflexos, dicit sine mitra:

Domine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, bene✠dícere dignáre hos fámulos tuos, quos ad Subdiaconátus offícium elígere dignátus es; ut eos in sacrário tuo sancto strénuos, sollicitósque cœléstis milítiæ instítuas excubitóres, sanctísque altáribus tuis fidéliter subminístrent; et requiéscat super eos Spíritus sapiéntiæ, et intelléctus; Spíritus consílii, et fortitúdinis; Spíritus sciéntiæ, et pietátis; et répleas eos Spíritu timóris tui; et eos in ministério divíno confírmes, ut obediéntes facto, ac dicto paréntes, tuam grátiam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Tum Pontifex sedens, accepta mitra, amictum qui in collo ordinandorum jacet, imponit super caput singulis, dicens:

Receive this amice, by which is signified prudence in speech. In the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost. ℟. Amen.

Then he puts the maniple on their left arm, saying:

Receive this maniple, by which is signified the fruit of good works. In the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost. ℟. Amen.

After this he puts on each the tunic, and if there be but one tunic, he puts it on each one only as far as the shoulders, and then takes it off, leaving it on the last one, and saying to each:

May the Lord clothe thee with the tunic of sweetness and the garment of gladness. In the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost. ℟. Amen.

When all those Ordained have received these vestments, they return two or three together to the Bishop, who presents them the book of Epistles, which they touch with their right hand, while the Bishop says:

Receive this Book of Epistles and have power to read them in the Holy

Accipe amictum, per quem designátur castigátio vocis. In nómine Pa✠tris, et Fí✠lii, et Spíritus✠sancti. ℟. Amen.

Tum immittit manipulum in sinistrum brachium cuilibet, dicens:

Accipe manípulum, per quem designántur fructus bonórum óperum. In nómine Pa✠tris, et Fí✠lii, et Spíritus ✠sancti. ℟. Amen.

Post hæc induit quemlibet tunica, et si tantum unica sit, immittit illam cuilibet solum usque ad scapulas, ac retrahens postremum totaliter induit, dicens cuilibet:

Tunica jucunditátis et induménto lætítiæ índuat te Dóminus. In nómine Pá✠tris, et Fí✠lii, et Spíritus✠sancti. ℟. Amen.

Postquam induti sunt omnes Ordinati, redeunt junctim duo tresve ipsorum ad Pontificem qui tradit omnibus librum Epistolarum manu dextera ipsum simul tangentibus dicens:

Accípite librum Epistolárum, et habéte potestátem legéndi eas in Ecclésia

Church of God both for the living and for the dead. In the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost. ℟. Amen.

All these things being done, those Ordained, at the direction of the Archdeacon, return to their places.

Ordination of Deacons.

The Subdeacons being ordained, the Bishop goes to the Missal, and reads the canticle "Benedictus es" after the fifth lesson; then, in the middle of the altar, and turned towards the people, he says, "The Lord be with you," and turning to the Missal he reads the prayers. Afterwards, he reads the Epistle, and at the same time it is read by one of the newly ordained Subdeacons.

After the reading of the Epistle, the Bishop sits. The candidates for the Order of Deaconship are called by the Archdeacon, who says:

Let those come forward who are to be ordained to Deaconship.

And the Notary calls their names.

When they are all kneeling in a semicircle before the Bishop, the Archdeacon presenting them to him, says:

Most Reverend Father, Our Holy Mother the Catholic Church asks you

sancta Dei, tam pro vivis, quam pro defúnctis. In nómine Pá✠tris, et Fí✠lii, et Spíritus✠sancti. ℟. Amen.

Omnibus expeditis, suggerente Archidiacono, Ordinati redeunt ad loca sua.

De Ordinatione Diaconorum.

Subdiaconis ordinatis Pontifex accedit ad Missale, et legit canticum "Benedictus es," post lectionem quintam, deinde in medio altaris dicit "Dominus Vobiscum" conversus ad populum, et convertens ad Missale legit orationes. Postea legit Epistolam, et eodem tempore legitur per unum ex Subdiaconatis noviter ordinatis.

Lecta Epistola Pontifex sedet. Promovendi vero ad Ordinem Diaconatus per Archidiaconum vocantur, dicendo:

Accédant qui ordinándi sunt ad Diaconátum.

Et mox singulatim nominantur per Notarium.

Quibus in modum coronæ coram Pontifice genuflexis, Archidiaconus offerens illos Pontifici, dicit:

Reverendissime Pater, póstulat sancta Mater Ecclésia Cathólica, ut hos præ-

to ordain these Subdeacons here present, to the order of Deaconship.

The Bishop interrogates, saying:

Do you know if they are worthy?

The Archdeacon answers:

So far as human frailty permits to have knowledge of them, I know and testify that they are worthy of the burden of this office.

And the Bishop says:

Thanks be to God.

And he proceeds to ordain them. In the first place, the Bishop makes an announcement to the clergy and the people, saying:

With the assistance of the Lord God and our Saviour Jesus Christ, we choose these Subdeacons here present, for the Order of Deaconship. Should any one have anything against them, let him, for God's sake and for the honor of God, come forward with confidence and speak. Nevertheless, let him be mindful of his own condition.

And after a short pause, addressing himself to the candidates, he exhorts them, saying:

sentes Subdiáconos ad onus Diáconii ordinétis.

Pontifex interrogat, dicens:

Scis illos dignos esse?

Respondet Archidiaconus.

Quantum humána fragílitas nosse sinit, et scio, et testíficor ipsos dignos esse ad hujus onus offícii.

Et Pontifex dicit:

Deo grátias.

Et ad eorum ordinationem procedit. In primis Pontifex cum mitra sedens, clero, et populo annuntiat, dicens:

Auxiliante Dómino Deo, et Salvatóre nostro Jesu Christo, elígimus hos præséntes Subdiáconos in órdinem Diacónii. Si quis habet áliquid contra illos, pro Deo, et propter Deum cum fidúcia éxeat, et dicat; verúmtamen memor sit conditiónis suæ.

Et facta aliquali mora, Pontifex convertens sermonem suum ad Ordinandos, admonet eos, dicens:

Dearest children, who are about to be promoted to the Levitical order, consider earnestly to what a grade in the church you ascend. For it is the duty of the Deacon to minister at the altar, to baptize and preach. We know that in the old law, one of the twelve tribes, that of Levi, was chosen, which should be especially devoted to the service of the tabernacle of God and his sacrifices forever. And so great was the dignity conferred upon it, that no one unless of this tribe could be promoted to the ministry of this divine worship and obtain this office, so that, by a great and peculiar privilege of birthright, it deserved to be, and to be called the Tribe of the Lord. You hold to-day, dearest children, both the name and the office of this tribe, since you are chosen in the Levitical office for the ministry of the tabernacle of the testimony, that is, the Church of God, which, always equipped for battle, wages an incessant warfare against her enemies. Whence the

Provehendi, fílii dilectíssimi, ad Levíticum órdinem, cogitáte magnópere, ad quantum gradum Ecclésiæ ascénditis. Diáconum enim opórtet ministráre ad altáre, baptizáre, et prædicáre. Sane in véteri lege, ex duódecim, una Tribus Levi elécta est, quæ speciáli devotióne tabernáculo Dei, ejúsque sacrifíciis, ritu perpétuo deservíret. Tántaque dígnitas ipsi concéssa est, quod nullus, nisi ex ejus stirpe, ad divínum illum cultum, atque offícium ministratúrus assúrgeret; ádeo, ut grandi quodam privilégio hæreditátis et tribus Dómini esse mererétur, et dici: quorum hódie, fílii dilectíssimi, et nomen, et offícium tenétis, quia in ministérium tabernáculi testimónii, id est, Ecclésiæ Dei, eligimini in Levítico offício, quæ semper in procínctu pósita, incessábili pugna contra

Apostle says: "Our wrestling is not against flesh and blood, but against principalities and powers, against the rulers of the world of this darkness, against the spirits of wickedness in the high places" (Eph. vi, 12). You should carry this Church of God, as a tabernacle, and, robed in your sacred vestments, you should protect it by your divine preaching and perfect example. "Levi" signifies "added" or "assumed." Thus you, dearest children, who receive your name from the paternal inheritance, be free from carnal desires and worldly concupiscences which war against the soul; that you may be neat, clean, pure, chaste, as becomes the ministers of Christ and dispensers of the mysteries of God, so that you may be worthily added to the number of those in this ecclesiastical order, and may deserve to be the inheritance and the beloved Tribe of the Lord. And since you assist the priest in the sacrifice, and co-operate with him by distributing the Body and

inimícos dímicat: unde ait Apóstolus: Non est nobis colluctátio advérsus carnem, et sánguinem, sed advérsus príncipes, et potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spirituália nequítiæ, in cœléstibus (Eph. vi, 12). Quam Ecclésiam Dei, véluti tabernáculum, portáre, et muníre debétis ornátu sancto, prædicátu divíno, exémplo perfécto. Levi quippe interpretátur ádditus, sive assumptus. Et vos fílii dilectíssimi, qui ab hæreditáte patérna nomen accípitis, estóte assúmpti a carnálibus desidériis, a terrénis concupiscéntiis, quæ mílitant advérsus ánimam; estóte nítidi, mundi, puri, casti, sicut decet minístros Christi, et dispensatóres mysteriórum Dei; ut digne addámini ad númerum ecclesiástici gradus: ut hæréditas, et tribus amá-

Blood of the Lord, be free from every allurement of the flesh, as the Scripture saith: "Be ye clean, you that carry the vessels of the Lord" (Is. lii, 11). Remember that Blessed Stephen was chosen to this office by the Apostles on account of his remarkable chastity. Be careful that to those to whom you announce the gospel with your lips, you present it also by live works, so that it may be said of you: "Blessed are the feet of them that preach the gospel of peace, of them that bring glad tidings of good things" (Rom. x, 16).

Have your feet shod with the examples of the Saints, in the preparation of the gospel of peace (Eph. vi, 15). Which may the Lord grant you by his grace. Amen.

Let a common prayer accompany a common desire that those who are prepared for the ministry of Deaconship may, by the prayers of the whole church, shine forth with the order of Levitical blessing, and, conspicuous

bilis Dómini esse mereámini. Et quia comminístri, et co-operatóres estis córporis, et sánguinis Dómini, estóte ab omni illécebra carnis aliéni, sicut ait Scriptúra: Mundámini, qui fertis vasa Dómini (Is. lii, 11). Cogitáte beátum Stéphanum, mérito præcípue castitátis ab Apóstolis ad offícium istud eléctum. Curáte, ut quibus Evangélium ore annuntiátis, vivis opéribus exponátis, ut de vobis dicátur: Beáti pedes evangelizántium pacem, evangelizántium bona (Rom. x, 16).

Habéte pedes vestros calceátos Sanctórum exémplis, in præparatióne Evangélii pacis (Eph. vi, 15). Quod vobis Dóminus concédat per grátiam suam. ℟. Amen.

Commune votum, commúnis orátio prosequátur; ut hi totíus Ecclésiæ prece, qui ad Diaconátus ministérium præparántur, Levíticæ bene✠dictiónis órdine claréscant, et spirituáli conver-

by their spiritual life, they may be resplendent with the grace of sanctification, by the aid of our Lord Jesus Christ, who with the Father and the Holy Ghost liveth and reigneth, God, world without end. ℟. Amen.

Then the Bishop rising with his mitre on, and standing turned towards the candidates says, reading in a loud voice:

Let us, dearest brethren, beseech God the Father Almighty, mercifully to pour down upon these his servants, whom he has vouchsafed to choose for the Order of Deaconship, the grace of his blessing, and propitiously preserve in them the gifts of the consecration conferred upon them, and kindly hear our prayers, to graciously accompany with his favor what is to be done by our ministry, and sanctify and confirm with his blessing those whom, according to our judgment, we believe should be presented for the celebration of the sacred mysteries. Through His only begotten Son Our Lord Jesus Christ, who with Him and the Holy Ghost liveth and reigneth, God.

satióne præfulgéntes, grátia sanctificatiónis elúceant: Præstánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, et Spíritu sancto vivit, et regnat Deus in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde surgens cum mitra Pontifex, stans versus ad Ordinandos, dicit, alta voce legendo:

Orémus, fratres charíssimi, Deum Patrem omnipoténtem, ut super hos fámulos suos, quos ad offícium Diaconátus dignátur assúmere, benedictiónis suæ grátiam cleménter effúndat, eísque consecratiónis indúltæ propítius dona consérvet, et preces nostras cleménter exáudiat; ut, quæ nostro geréndum sunt ministério, suo benígnus prosequátur auxílio: et quos sacris mystériis exequéndis pro nostra intelligéntia crédimus offeréndos, sua bene✠dictióne sanctíficet, et confírmet. Per unigénitum Fílium suum Dóminum nostrum Jesum Christum qui cum eo, et Spíritu sancto vivit, et regnat Deus.

Then, putting off his mitre, and extending his hands before his breast, he says:

World without end.

Amen.

The Lord be with you.

And with thy spirit.

Lift up your hearts.

We have lifted them up to the Lord.

Let us give thanks to the Lord our God.

It is meet and just.

It is truly meet, and just, right and profitable to salvation, that we should always, and in all places, give thanks to thee, O Holy Lord, Almighty Father, Eternal God, the giver of honors, dispenser of ranks, and disposer of offices, who, abiding in Thyself, renewest everything and arrangest all things, preparing with unceasing providence, and dispensing what is needful for various times, through thy Word, thy Power, and thy Wisdom, Jesus Christ, thy Son, our Lord; whose body, thy church,

Deinde, deposita mitra, extensis manibus ante pectus, dicit:

Per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

V. Sursum corda.

℟. Habémus ad Dóminum.

V. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

℟. Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, honórum dator, ordinúmque distribútor, atque officiórum dispósitor, qui in te manens ínnovas ómnia, et cuncta dispónis per verbum, per virtútem, sapientiámque tuam, Jesum Christum Fílium tuum Dóminum nostrum, sempitérna providéntia præparas, et síngulis quibúsque tempóribus aptánda dispénsas. Cujus

diversified by a variety of heavenly graces, made up of distinct members bound together by the wonderful law that presides over the whole structure, thou grantest to grow and spread for the increase of thy temple. Thou who hast ordained in the service of a sacred charge a triple rank of ministers, to war for the glory of thy name, and didst choose in the beginning the sons of Levi to keep in perpetual ward the inheritance of eternal benediction, watching as faithful sentinels over the mystic movements within thy house. Look, also, we beseech thee, O Lord, with a benignant eye on these thy servants, whom with supplications we dedicate as deacons to the service of thy holy altars. We indeed, as men, devoid of divine perception and highest understanding, appraise their lives as far as falls within our power. But what is unknown to us eludes not thee, O Lord; hidden things escape thee not. Thou knowest all secrets, thou art the searcher of hearts,

corpus, Ecclésiam vidélicet tuam cœléstium gratiárum varietáte distínctam, suorúmque connéxam distinctióne membrórum, per legem mirábilem totíus compáginis unítam, in augméntum templi tui créscere, dilataríque largíris; sacri múneris servitútem trinis grádibus ministrórum nómini tuo militáre constítuens, eléctis ab inítio Levi fíliis, qui in mysticis operatiónibus domus tuæ fidélibus excúbiis permanéntes, hæreditátem benedictiónis ætérnæ sorte perpétua possidérent. Super hos quoque fámulos tuos, quæsumus, Dómine, placátus inténde, quos tuis sacris altáribus servitúros in offícium Diaconátus supplíciter dedicámus. Et nos quidem tamquam hómines divíni sensus, et summæ rationis ignári, horum vitam quantum póssumus, æstimámus. Te autem, Dómine, quæ nobis sunt ignóta non tránseunt, te occúlta non fallunt. Tu cognitor es secre-

thou art able to pierce into their lives with a heavenly discernment, which never fails thee, to blot out offences and to help them in all that they should do.

The candidates rise, and one after another go up to the altar and kneel before the Bishop, who places his right hand on the head of each, saying:

Receive the Holy Ghost in order that you may have strength, and to enable you to resist the devil and his temptations. In the name of the Lord.

The candidates, after the imposition of the Bishop's hand, return to their places before the altar and kneel.

Then the Bishop, holding his right hand extended, continues to the end of the Preface:

Send forth upon them, we beseech thee, O Lord, the Holy Spirit, to strengthen them with the gift of thy sevenfold grace, for the faithful execution of thy ministry. Let the practice of every virtue abound in them, mild

tórum; tu scrutátor es córdium. Tu horum vitam cœlésti póteris examináre judício, quo semper prævales, et admíssa purgáre, et ea quæ sunt agénda, concédere.

Consurgunt Ordinandi: unus post alium ascendunt ad altare et geniculant ante Pontificem, qui singulis imponit capiti dexteram manum, dicens:

Accipe Spíritum sanctum, ad robur, et ad resistendum diábolo, et tentatiónibus ejus. In nómine Dómini.

Unusquisque post impositionem manus Pontificis redit ad locum suum ante altare et geniculat.

Deinde Pontifex prosequitur, extensam tenens manum dexteram, usque in finem Præfationis.

Emitte in eos, quæsumus, Dómine, Spíritum sanctum, quo in opus ministerii tui fidéliter exequéndi septifórmis grátiæ tuæ múnere roborentur. Abúndet in eis totíus forma virtútis, auctóritas modésta, pudor constans, inno-

authority, constant self-respect, the purity of innocence, and the observance of a spiritual life. In their conduct let thy precepts shine forth, so that the people may imitate the example of their virtue, and exhibiting the testimony of a good conscience, may they persevere, firm and steadfast in Christ, and by merited successes deserve, through thy grace, to rise from a lower grade to higher dignities.

What follows, he reads in a low voice, in such a manner, however, that he can be heard by those standing near him.

Through the same Jesus Christ our Lord, thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, God, world without end. Amen.

After this, the Bishop, sitting with his mitre on, puts the stole which each has in his hand on the left shoulder of each candidate kneeling before him, saying to each :

Receive this white stole from the hand of God, fulfill your ministry, for God is powerful to increase in you his

céntiæ púritas, et spirituális observántia disciplínæ. In móribus eórum præcépta tua fúlgeant, ut suæ castitátis exémplo imitatiónem sanctam plebs acquírat; et bonum consciéntiæ testimónium præferéntes in Christo firmi, et stábiles persevérent; dignísque succéssibus de inferióri gradu per grátiam tuam cápere potióra mereántur.

Quod sequitur dicit submissa voce legendo, ita tamen quod a circumstantibus possit audiri:

Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Post hæc Pontifex sedens cum mitra cuilibet Ordinando ante se genuflexo, stolam quam singuli in manu habent, imponit successive super humerum sinistrum, dicens singulis:

Accipe stolam ✠ cándidam de manu Dei, adímple ministérium tuum: potens enim est Deus, ut áugeat tibi grá-

grace. Who liveth and reigneth, world without end. ℟. Amen.

He makes over each the sign of the cross, and both parts of the stole are immediately fastened on the right side of the candidate.

After this the Bishop, receiving the dalmatic, puts it on each successively; and if there be but one dalmatic, he puts it on each as far as the shoulder only, and leaves it on the last, saying to each:

May the Lord clothe thee with the garment of salvation and vestment of gladness; and may the dalmatic of justice encircle thee always. ℟. Amen.

The new Deacons all being vested, go up again to the Bishop, who presents to all the Book of Gospels or the Missal, which each touches, while the Bishop says:

Receive the power of reading the Gospel in the Church of God, both for the living and the dead. In the name of the Lord. Amen.

Which being done, the Bishop, standing, turned toward the altar, without his mitre, says:

Let us pray.

And the ministers:

Let us bend our knees.

℟. Rise up.

tiam suam: Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde facit super quemlibet eorum signum crucis, et utraque pars stolæ statim cohibetur super latus dexterum Ordinati.

Post hæc Pontifex accipiens dalmaticam, induit ea quemlibet successive, et si tantum unica sit, immittit illam cuilibet solum usque ad scapulas, ac postremum totaliter induit, dicens cuilibet :

Induat te Dóminus induménto salútis, et vestiménto lætítiæ, et dalmática justítiæ circúmdet te semper: In nómine Domini. ℟. Amen.

Omnibus indutis novis Diaconis, iterum ascendunt ad Pontificem qui tradit omnibus librum Evangeliorum vel Missale, quem singuli tangunt, Pontifice dicente :

Accípite potestátem legéndi Evangélium in Ecclésia Dei, tam pro vivis quam pro defúnctis. In nómine Dómini. ℟. Amen.

Quo facto, Pontifex stans ad altare conversus dicit, sine mitra :

Orémus.

Et ministri :

Flectámus génua.

℟. Leváte.

The Bishop turning toward those ordained, says :

Hear, O Lord, our prayers, and send forth the spirit of thy benediction upon these thy servants, that enriched by this heavenly gift, they may be able to obtain the favor of thy majesty, and to others set an example of living well. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the same Holy Ghost, God, world without end. Amen.

Let us pray.

* Communicating with and honoring in the first place the memory of the ever glorious Virgin Mary, Mother of our God and Lord Jesus Christ; as also of the blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus, Linus, Cletus, Clement, Xystus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all thy Saints; by whose merits and prayers grant that we may be always defended by the help of thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

We therefore beseech thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our servitude, which is also that of thy whole family; dispose our days in thy peace, preserve us from eternal damnation, and place us in the number of thine

* On Holy Saturday, and the Saturday within the Octave of Pentecost, in place of the following prayers two others are said.

* Communicantes, et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beatórum Apostolórum, ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholómæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni; et ómnium Sanctórum tuórum: quorum méritis precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxílio. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ; quæsumus Dómine, ut placátus accípias; díesque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne

* Sabbato Sancto, et Sabbato Pentecostes pro sequentibus orationibus duæ aliæ substituuntur.

elect. Through Christ our Lord. Amen.

Vouchsafe, we beseech thee, O God! to make this oblation in all things blessed, approved, ratified, reasonable, and acceptable; that it may be made for us the body and blood of thy most beloved Son Jesus Christ our Lord.

Who the day before he suffered, took bread into his holy and venerable hands, and with his eyes lifted up towards heaven, to thee, O God! his Almighty Father, giving thee thanks; he blessed it, broke it, and gave it to his disciples, saying: Take and eat ye all of this:

Then they pronounce the words of consecration, distinctly and attentively, at the same moment that they are said by the Bishop:

FOR THIS IS MY BODY.

Having adored the Host by an inclination of the head, they say:

nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quam oblatiónem tu Deus in ómnibus, quæsumus bene—díctam, adscrí—ptam, ra—tam, rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris: ut nobis Cor—pus et San—guis fiat dilectíssimi fílii tui Dómini nostri Jesu Christi.

Qui prídie quam paterétur, accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas: et elevátis óculis in cœlum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, bene—díxit, fregit dedítque Discípulis suis dicens: Accípite, et manducáte ex hoc omnes:

Deinde proferunt verba consecrationis, distincte et attente, eodem momento quo dicuntur ab Episcopo.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

Adorata hostia capitis inclinatione, dicunt;

In like manner, after he had supped, taking also this excellent chalice into his holy and venerable hands, again giving thee thanks, he blessed it, and gave it to his disciples, saying: Take and drink ye all of this.

Then they pronounce the words of consecration of the chalice:

FOR THIS IS THE CHALICE OF MY BLOOD OF THE NEW AND EVERLASTING TESTAMENT: A MYSTERY OF FAITH: WHICH SHALL BE SHED FOR YOU, AND FOR MANY, TO THE REMISSION OF SINS.

As often as you do these things, ye shall do them in remembrance of me.

Then they continue with the Bishop:

Wherefore, O Lord, we thy servants, as also thy holy people, being mindful of the blessed passion of the same Christ thy Son our Lord, and of his resurrection from hell, as also of his glorious ascension into heaven, offer to thy most excellent Majesty of thy own gifts and

Simili modo postquam cœnátum est accípiens et hunc præclárum Cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas: item tibi grátias agens, bene—díxit, dedítque Discípulis suis, dicens: accípite, et bíbite ex eo omnes.

Deinde proferunt verba Consecrationis Calicis :

HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI: MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.

Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

Deinde cum Pontifice prosequuntur :

Unde et mémores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi fílii tui Dómini nostri, tam beátæ passiónis, nec non et ab ínferis resurrectiónis, sed et in cœlos gloriósæ ascensiónis, offérimus præcláræ majes-

favors, a pure Host, a holy Host, an unspotted Host, the holy bread of eternal life, and chalice of everlasting salvation.

Upon which vouchsafe to look, with a propitious and serene countenance, and to accept them, as thou wert pleased to accept the gifts of thy just servant Abel, and the sacrifice of our Patriarch Abraham, and that which thy High Priest Melchisedech offered to thee, a holy sacrifice, and unspotted victim.

We humbly beseech thee, O Almighty God, command these to be carried by the hands of thy holy angels to thy altar above, in the sight of thy divine Majesty, that as many as shall partake of the most sacred body and blood of thy Son at this altar, may be filled with every heavenly blessing and grace. Through the same Christ our Lord. Amen.

Commemoration of the Dead.

táti tuæ de tuis donis ac datis, hóstiam —puram, hóstiam—sanctam, hóstiam—immaculátam, panem—sanctum vitæ ætérnæ, et Cálicem—salútis perpétuæ.

Supra quæ propítio, ac seréno vultu respícere dignéris: et accépta habére, sícuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justi Abel, et sacrifícium Patriárchæ nostri Abrahæ; et quod tibi óbtulit summus Sacérdos tuus Melchísedech, sanctum sacrifícium, immaculátam hóstiam.

Supplices te rogámus omnípotens Deus: jube hæc perférri per manus sancti Angeli tui in sublíme altáre tuum, in conspéctu divínæ Majestátis tuæ: ut quotquot,—ex hac altáris participatióne, sacrosánctum Fílii tui Corpus et Sánguinem sumpsérimus, omni benedictióne cœlésti, et grátia repleámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Commemoratio pro Defunctis.

Remember, O Lord, also thy servants, men and women, N. and N., who are gone before us with the sign of Faith, and repose in the sleep of peace.

They join their hands and pray a little while for those for whom they intend to pray; then they continue with the Bishop:

To these, O Lord, and to all that rest in Christ, grant, we beseech thee, a place of refreshment, light, and peace; through the same Christ our Lord. Amen.

They strike their breasts with their right hands, saying:

To us sinners also, thy servants, hoping in the multitude of thy mercies, vouchsafe to grant some part and fellowship with thy holy apostles and martyrs; with John, Stephen, Matthias, Barnaby, Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicitas, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia, and with all thy saints; into whose company we beseech thee to admit us, not in consideration of our merits,

Memento étiam, Dómine, famulórum famularúmque tuárum, N. et N., qui nos præcessérunt cum signo fídei, et dórmiunt in somno pacis.

Jungunt manus, orant aliquantulum pro quibus orare intendunt; deinde cum Pontifice prosequuntur:

Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigérii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Manu dextera percutiunt pectus, dicentes:

Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multitúdine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam et societátem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et Martyribus: cum Joánne, Stéphano, Mathía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia, et ómnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consór-

but of thy own gratuitous favor. Through Christ our Lord.

By whom, O Lord, thou dost always create, sanctify, quicken, bless, and give us all these good things.

HERE A SHORT PAUSE IS MADE.

By him, and with him, and in him, is to thee, God the Father Almighty, in the unity of the Holy Ghost all honor and glory.

World without end.

Let us pray. Instructed by thy saving precepts, and following thy divine directions, we presume to say: Our Father, who art in heaven, hallowed be thy name; thy kingdom come; thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread; and forgive us our trespasses, as we forgive them that trespass against us. And lead us not into temptation.

tium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quæsumus, largítor admítte. Per Christum Dóminum nostrum.

Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctí—ficas, viví—ficas, bene—dícis, et præstas nobis.

PAUSATUR HIC ALIQUANTULUM.

Per ip–sum, et cum ip–so, et in ip–so, est tibi Deo Patri—omnipoténti, in unitáte Spíritus—sancti, omnis honor et glória.

Per ómnia sæcula sæculórum.

Orémus. Præcéptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere: Pater noster, qui es in cœlis: Sanctificétur nomen tuum: Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cœlo, et in terra: Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie; Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris: Et ne nos indúcas in tentatiónem.

After, *But deliver us from evil,* they say:

Amen. Deliver us, we beseech thee, O Lord! from all evils, past, present, and to come; and by the intercession of the blessed and glorious ever Virgin Mary, Mother of God, and of thy blessed Apostles Peter and Paul, and of Andrew, and of all the saints, mercifully grant peace in our days; that by the assistance of thy mercy we may be always free from sin and secure from all disturbance.

Here a short pause is made.

Through the same Jesus Christ our Lord thy Son, who with thee and the Holy Ghost, liveth and reigneth one God, world without end.

The peace of the Lord be always with you.

After the ministers have answered, *And with thy spirit,* they say:

May this mixture and consecration of the body and blood of our Lord

Post, *Sed libera nos a malo*, dicunt :

Amen. Líbera nos, quæsumus Dómine, ab ómnibus malis prætéritis, præséntibus, et futuris : et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei genitríce María, cum beatis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis, da propítius pacem in diébus nostris : ut ope misericórdiæ tuæ adjúti, et a peccáto simus semper líberi, et ab omni perturbatióne secúri.

Pausatur hic aliquantulum.

Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum.

Pax—Dómini sit—semper vobís—cum.

Postquam a ministris responsum fuerit, *Et cum spiritu tuo*, dicunt :

Hæc commíxtio, et consecrátio Córporis et Sánguinis Dómini nostri Jesu

Jesus Christ, be to us that receive them effectual to eternal life. Amen.

Then striking their breasts three times, they say:

Lamb of God, who takest away the sins of the world, have mercy upon us.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, have mercy upon us.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, give us peace.

Lord Jesus Christ, who didst say to thy apostles, I leave you peace, I give you my peace, look not upon my sins, but on the faith of thy church; and vouchsafe to grant it that peace and union which is according to thy will: who livest and reignest, God, for ever and ever. Amen.

Here the Bishop rises, kisses the altar and gives the *Pax* to the first of those Ordained to each Holy Order, who come up one after another, and before receiving it kiss the altar at the right of the Bishop, who says:

Peace be with thee.

And each one answers:

And with thy spirit.

Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

Dein ter pectus percutientes, dicunt :

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona nobis pacem.

Domine Jesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis : Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis ; ne respícias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ : eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre, et coadunáre dignéris. Qui vivis et regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Hic Pontifex osculatur altare et dat primo ex singulis Ordinatis cujuslibet Ordinis sacri ad eum successive accedenti, et altare prius ad dexteram Pontificis deosculanti, pacem, dicens :

Pax tecum.

Cui ille respondet :

Et cum spíritu tuo.

And each of them gives the *Pax* to the one next ordained to the same Order with him, and this one to the next, and so on to the end. But if the number of Candidates be small the Bishop gives the *Pax* to each. The last of the Subdeacons gives the *Pax* to the first of the Acolytes ordained, and he gives it to the others who have received Minor Orders and Tonsure.

Afterwards the Bishop continues the Mass, together with the New Priests.

Lord Jesus Christ, Son of the living God, who, according to the will of the Father, and by the co-operation of the Holy Ghost, hast through thy death given life to the world, deliver me by this thy most sacred Body and Blood from all my iniquities, and from all evils; and make me always adhere to thy commandments, and never suffer me to be separated from thee; who with the same God the Father and the Holy Ghost, liveth and reigneth, God, for ever and ever. Amen.

Let not the participation of thy body, O Lord Jesus Christ! which, though unworthy, I presume to receive, turn to my judgment and condemna-

Et quilibet illorum dat sequenti sui ordinis secum ordinato et ille alteri, et sic usque ad ultimum continuatur. Si autem Ordinatorum parvus sit numerus, Pontifex dat pacem singulis. Ultimus Subdiaconus pacem dat primo Acolytho ordinato, et hic eam communicat reliquis promotis ad ordines minores et ad tonsuram.

Postea Pontifex prosequitur Missam una cum Novis Presbyteris.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, co-operánte Spíritu sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus, et Sánguinem tuum, ab ómnibus iniquitátibus meis, et univérsis malis; et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te nunquam separári permíttas: qui cum eódem Deo Patre et Spíritu sancto, vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. Amen.

Perceptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indígnus súmere præsúmo, non mihi provéniat in judícium, et condemnatiónem: sed pro tua

tion, but through thy mercy, let it be for me a safeguard and remedy, of soul and body; who with God the Father, aud the Holy Ghost, livest and reignest one God, for ever and ever. Amen.

I will take the heavenly bread, and invoke the name of the Lord.

Then placing their left hands on their breasts they strike their breasts three times, and say thrice, devoutly and humbly with the Bishop:

Lord, I am not worthy that thou shouldst enter under my roof; but only say the word, and my soul shall be healed.

Then they continue with the Bishop:

The body of our Lord Jesus Christ preserve my soul to life everlasting. Amen.

After a short meditation they say with the Bishop:

What return shall I make to the Lord for all that he has given me?

HERE A SHORT PAUSE IS MADE.

I will take the Chalice of salvation, and call upon the name of the Lord. Praising, I will call upon the Lord, and I shall be safe from my enemies.

pietáte, prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Panem cœléstem accípiam, et nomen Dómini invocábo.

Tum manum sinistram ponentes infra pectus, dextera ter illud percutiunt, et dicunt ter devote et humiliter cum Pontifice.

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo et sanábitur ánima mea.

Tum prosequuntur cum Pontifice:

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

Post meditationem parvam dicunt cum Pontifice:

Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

PAUSATUR HIC ALIQUANTULUM.

Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.

The blood of our Lord Jesus Christ preserve my soul to everlasting life. Amen.

After the Bishop has communicated, those ordained to the Priesthood rise and go to the altar, and the Bishop gives them communion, using this form :

The Body of our Lord Jesus Christ preserve thee to life everlasting.

Each one answers, *Amen*, kisses the hand of the Bishop, and receives the Sacred Particle.

Afterwards, the rest of those ordained, kneeling before the altar, recite the *Confiteor* in a low voice, after which the Bishop says, as usual, "May Almighty God," &c., and "May the Almighty and merciful Lord," &c., and gives them communion, using the same form as for the priests.

One of the ministers of the Bishop stands on the Epistle side of the altar, holding a chalice containing wine, and a clean linen cloth in his hands, to whom each one goes, takes a little of the purification, wipes his mouth, and retires to his place.

All having received the purification, the Bishop rubs the paten over his chalice, washes his fingers over it, also takes the ablution, receives the mitre, and washes his hands. Meanwhile the new priests say with the Bishop :

Grant, Lord, that what we have taken with our mouth, we may receive with a pure mind, that of a temporal

Sanguis Dómini nostri Jesu Christi, custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

Postquam Pontifex se communicavit, Ordinati ad Presbyteratum consurgunt et accedunt ad altare, et Pontifex eos communicat, proferens formulam:

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat te in vitam æternam.

Unusquisque respondet, *Amen*, osculatur manum Pontificis, et recipit Sacram Particulam.

Postea reliqui Ordinati genuflexi ante altare, dicunt *Confiteor*, submissa voce, cui Pontifex adjicit pro more, "Misereatur," etc., et "Indulgentiam," etc., et communicat eos, dicens eamdem formulam ac pro Presbyteris.

Unus ministrorum Pontificis stat juxta cornu Epistolæ altaris calicem habens cum vino, et mappulam mundam in manibus, ad quem singuli communicati accedunt, et se purificant, os extergunt, et ad partem se locant.

Omnibus purificatis, Pontifex extergit patenam super calicem suum, super eum digitos abluit, sumit ablutionem, accipit mitram et lavat manus. Interim dicunt cum Pontifice Novi Presbyteri:

Quod ore súmpsimus, Dómine, pura mente capiámus: et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitér-

gift it may become to us an eternal remedy. May thy body, O Lord, which I have received, and thy blood, which I have drunk, cleave to my bowels; and grant that no stain of sin may remain in me, who have been nourished with thy pure and holy sacrament. Who livest and reignest for ever and ever. Amen.

The Bishop, having washed his hands, takes off his mitre, and standing on the Epistle side of the altar, reads the following Responsory:

I will not call you servants, but my friends; because everything that I have done in your midst has been made known to you. Alleluia.

Receive the Holy Ghost, the Paraclete, in you. He it is whom the Father will send to you. Alleluia.

V. You are my friends if you do the things that I command you. Receive, &c.

V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost,

He it is whom, &c.

Meanwhile the new priests rise and stand before the altar.

num. Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhæreat viscéribus meis: et præsta, ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura, et sancta refecérunt Sacraménta. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.

Pontifex, lotis manibus, mitra deposita, stans in cornu Epistolæ altaris legit Responsorium.

Jam non dicam vos servos, sed amícos meos, quia ómnia cognovístis, quæ operátus sum in médio vestri. Allelúia.

Accípite Spíritum sanctum in vobis Paráclitum. Ille est, quem Pater mittet vobis. Allelúia.

V. Vos amíci mei estis, si fecéritis, quæ ego præcípio vobis. Accípite, etc.

V. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui sancto.

Ille est, quem, etc.

Interim assurgunt Novi Presbyteri et stant ante altare.

After reading the Responsory, the Bishop having received his mitre, turns towards the priests ordained, who standing in front of him before the altar, profess the faith they are about to preach, saying :

I believe in God the Father Almighty, Creator of heaven and earth, and in Jesus Christ his only son our Lord; who was conceived by the Holy Ghost, born of the Virgin Mary, suffered under Pontius Pilate, was crucified, dead and buried; he descended into hell; the third day he rose again from the dead, he ascended into heaven, sitteth at the right hand of God the Father Almighty; from thence he shall come to judge the living and the dead. I believe in the Holy Ghost; the Holy Catholic Church; the communion of saints; the forgiveness of sins; the resurrection of the body; and life everlasting. Amen.

Then the Bishop with his mitre on, sitting on the faldstool before the middle of the altar, places both hands on the head of each of the new priests kneeling before him, saying to each :

Receive the Holy Ghost; whose sins you shall forgive, they are forgiven

Lecto Responsorio, Pontifex, accepta mitra, vertit se ad Presbyteros ordinatos, qui ante altare coram ipso stantes, profitentur fidem quam prædicaturi sunt, dicentes :

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cœli et terræ. Et in Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum. Qui concéptus est de Spíritu sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mortuis: ascéndit ad cœlos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis. Inde ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos. Credo in Spíritum sanctum; sanctam Ecclésiam Cathólicam; Sanctórum communiónem; remissiónem peccatórum; carnis resurrectiónem; vitam ætérnam. Amen.

Quo finito, Pontifex cum mitra sedens super faldistorium, ante medium altaris, imponit ambas manus super capita singulorum coram eo genuflectentium, dicens cuilibet:

Accipe Spíritum sanctum, quorum

them, and whose sins you shall retain, they are retained.

Then unfolding the chasuble of each, which is gathered up on the shoulders, he lets it fall, saying :

May the Lord clothe thee with the stole of innocence.

After this the new priest places his hands joined between those of the Bishop, who says to each, if he be his Ordinary :

Dost thou promise to me and my successors reverence and obedience?

And each one answers :

I promise.

But if the Bishop is not his Ordinary, he says to each secular priest, while he holds his hands between his own, "Dost thou promise to the Bishop, thy Ordinary," &c. ; and to each Regular, "Dost thou promise to the Prelate, thy Ordinary," &c.

Dost thou promise to the Bishop (or the Prelate), thy Ordinary for the time being, reverence and obedience?

And each one answers :

I promise.

Then the Bishop holding his hands between his own, kisses each one on the right cheek, saying :

The peace of the Lord be always with thee.

And he answers :

Amen.

remíseris peccáta, remittúntur eis: et quorum retinúeris, reténta sunt.

Deinde explicans casulam, quam unusquisque habet super humeros complicatam, induit illa quemlibet, singulis dicens :

Stola innocéntiæ índuat te Dóminus.

Post hæc Ordinatus ponit manus suas junctas inter manus Pontificis dicentis cuilibet, si suus est Ordinarius:

Promittis mihi, et successóribus meis reveréntiam, et obediéntiam?

Et ille respondet:

Promítto.

Si vero Pontifex non est suus Ordinarius, cum manus eorum inter suas tenet, ut prefertur, dicit singulis Presbyteris sæcularibus: *Promittis Pontífici Ordinário tuo,* etc. Singulis Regularibus, *Promittis Prœláto Ordinário tuo,* etc.

Promittis Pontífici, (vel Præláto) Ordinário tuo, pro tempore existénti, reveréntiam, et obediéntiam?

Et ille respondet:

Promítto.

Tunc Pontifex tenens manus illius inter suas, osculatur unumquemque in dextera vultus parte dicens:

Pax Dómini sit semper tecum.

Et ille respondet:

Amen.

After this the new priests return to their places, and the Bishop, sitting with his mitre on and crosier in his hand, exhorts them, saying:

Inasmuch, dearest children, as you are quite liable to err in that in which you are about to engage, I advise you before celebrating Mass, to learn carefully from experienced priests the order of the whole Mass, and everything relating to the consecration, breaking and communion of the Host.

The Bishop rises, and with his mitre on and holding his crosier, he blesses the priests still kneeling before him, saying:

May the blessing of Almighty God, Father, Son and Holy Ghost, descend upon you, that you may be blessed in the priestly order, and may offer propitiatory sacrifices for the sins and offences of the people, to Almighty God, to whom is honor and glory forever and ever. Amen.

It is to be observed that, at this blessing, only the new priests to whom it is given should be kneeling.

After this the Bishop goes to the Missal, and con-

His expletis, et eis ad ordinem suum reversis, Pontifex sedens cum mitra, et baculo, admonet eos, dicens :

Quia res, quam tractatúri estis, satis periculósa est, fílii dilectíssimi, móneo vos, ut diligénter totíus Missæ órdinem, atque Hóstiæ consecratiónem, ac fractiónem, et communiónem, ab áliis jam doctis Sacerdótibus discátis, priúsquam ad celebrándum Missam accedátis.

Pontifex surgit cum mitra, et baculo, et Presbyteris coram eo adhuc genuflexis benedicit, dicens voce competenti :

Benedictio Dei omnipoténtis Pa✠tris, et Fí✠lii et Spíritus✠sancti descéndat super vos : ut sitis benedícti in órdine sacerdotáli ; et offerátis placábiles hóstias pro peccátis, atque offensiónibus pópuli omnipoténti Deo, cui est honor, et glória per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Notandum, quod ad benedictionem istam genuflexi esse debent soli Presbyteri, quibus impertitur.

Post hæc, Pontifex accedit ad Missale, et prosequi-

tinues the Mass with those ordained to the Priesthood.

The Communion.*

He hath rejoiced as a giant to run the way; his going out is from the end of heaven, and his circuit even to the end thereof.

Then the new priests say with the Bishop:

The Lord be with you.

℟. And with thy spirit.

The Post Communion.*

Let us pray.

We beseech thee, O Lord our God, that thou wouldst make these sacred mysteries, which thou hast given us, strengthen in us the effects of our reparation, and be a remedy to us, both now and hereafter.

For those Ordained.

Whom thou, O Lord, refreshest by thy sacraments, benignly support by thy continuing assistance, so that both by these mysteries and by our manner of life, we may obtain the benefits of

---

* See note, page 77.

tur Missam una cum ordinatis ad Presbyteratum:

Communio.*

Exultavit ut gigas ad curréndam viam; a summo cœlo egréssio ejus, et occúrsus ejus usque ad summum ejus.

Deinde cum Episcopo dicunt:

Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Postcommunio.*

Orémus.

Quæsumus Dómine Deus noster, ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti; et præsens nobis remédium esse fácias, et futúrum.

Pro Ordinatis.

Quos tuis, Dómine, réficis Sacraméntis, contínuis attólle benígnus auxíliis; ut tuæ redemptiónis efféctum, et mystériis capiámus, et móribus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte

* Vide not. pag. 77.

thy redemption. Who with God the Father and the Holy Ghost, livest and reignest one God, for ever and ever. Amen.

Other Post-Communions.

Of the B. V. M.

Let us pray.

Pour forth, we beseech thee, O Lord, thy grace into our hearts, that we, to whom the incarnation of Christ thy Son, has been made known by the message of an angel, may, by his Passion and Cross, be brought to the glory of his resurrection.

Against the persecutors of the Church.

O Lord, our God! we beseech thee to protect those, whom thou hast permitted to partake of these divine mysteries, from the dangers incident to human life. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who with thee and the Holy Ghost, livest and reignest one God for ever and ever. Amen.

Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Aliæ Postcommuniones

De Sancta Maria.

Orémus.

Gratiam tuam, quæsumus Dómine, mentibus nostris infúnde: ut qui, Angelo nuntiánte, Chrísti Fílii tui incarnatiónem cognóvimus; per passiónem ejus, et crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Quæsumus Dómine Deus noster; ut quos divína tríbuis participatióne gaudére, humánis non sinas subjacére perículis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum.

Or for the Pope.

Let the participation of the divine sacrament protect us, we beseech thee, O Lord! and always save and strengthen thy servant N., whom thou hast appointed Pastor over thy Church, together with the flock entrusted to his charge. Through the same Jesus Christ, thy Son our Lord, who with thee and the Holy Ghost liveth and reigneth God, for ever and ever. Amen.

The Lord be with you.

℟. And with thy spirit.

* Let us bless the Lord.

℟. Thanks be to God.

Then they say:

Let this acknowledgment of my subjection, O holy Trinity! be pleasing to thee, and grant that this sacrifice which I, though unworthy, have offered to thy divine Majesty, may be acceptable to thee, and through thy mercy be propitiatory for me, and for all

* Or, "So Mass is ended."

Vel pro Papa.

Hæc nos, quæsumus Dómine, divíni Sacraménti percéptio prótegat: et fámulum tuum N. quem Pastórem Ecclésiæ tuæ præésse voluísti, una cum commísso sibi grege salvet semper, et múniat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum.

Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

* Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Deinde dicunt:

Placeat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ et præsta: ut Sacrifícium, quod óculis tuæ Majestátis indígnus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihíque, et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propit-

---

* Vel *Ita Missa est.*

those for whom it has been offered. Through Christ our Lord. Amen.

Here the Bishop, having received his mitre and crosier, gives the usual blessing.

Then he sits, and thus addresses all those who have received orders and who kneel before the altar.

Most beloved children, consider well the Order you have received, and the burden placed upon your shoulders: strive to lead a holy and religious life, and to please Almighty God, that you may be able to obtain his grace, which may He, through His mercy, vouchsafe to grant you.

Each of you promoted to first Tonsure, or to the four Minor Orders, say once the seven Penitential Psalms, with the Litany of the Saints, the versicles, and prayers.

You who have been ordained to Subdeaconship or Deaconship say a Nocturn of this day.*

You who have been ordained to Priesthood, after your first Mass say three other Masses, to wit, one of the Holy Ghost, another of the Blessed

* Or the Bishop may assign a nocturn of another day.

iábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quo dicto Pontifex, accepta mitra et baculo Pastorali, dat benedictionem solitam.

Tum sedet, et alloquitur omnes Ordinatos, ante altare genuflexos, sub his verbis :

Filii dilectíssimi, diligénter consideráte Ordinem per vos suscéptum, ac onus húmeris vestris impósitum; studéte sancte et religióse vívere, atque omnipoténti Deo placére, ut grátiam suam possítis acquírere, quam ipse vobis per suam misericórdiam concédere dignétur.

Sínguli ad primam Tonsúram, vel ad quatuor minóres Ordines promóti, dícite semel septem Psalmos pæniténtiáles, cum Litániis, Versículis, et Oratiónibus. Ad Subdiaconátum, vel Diaconátum, Noctúrnum talis diéi.* Ad Presbyterátum vero ordináti, post primam vestram Missam, tres álias Missas, vidélicet, unam de Spíri-

* *i. e.*, hujus diei. Vel Episcopus nocturnum alterius diei designare potest.

Mary ever Virgin, and a third for the faithful departed, and also pray to Almighty God for me.

Then the Bishop turns toward the altar, and says with those ordained to the Priesthood :

The Lord be with you.

℟. And with thy spirit.

The beginning of the Gospel according to St. John.

In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by him, and without him was made nothing that was made. In him was life, and the life was the light of men; and the light shineth in darkness, and the darkness did not comprehend it.

There was a man sent from God, whose name was John. This man came for a witness, to give testimony of the light, that all men might believe through him. He was not the light, but was to give testimony of the light. That was the true light which enlight-

tu sancto, áliam de beáta María semper Vírgine, tértiam pro Fidélibus defúnctis dícite, et omnipoténtem Deum étiam pro me oráte.

Tum Pontifex convertit se ad altare, et dicit cum ordinatis ad Presbyteratum:

Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Inítium sancti Evangélii secúndum Jóannem.

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: Et sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo: cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera

eneth every man that cometh into this world. He was in the world, and the world was made by him, and the world knew him not. He came unto his own, and his own received him not. But as many as received him, to them he gave power to be made the sons of God, to them that believe in his name; who are born, not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God. [Here kneel down.] *And the Word was made flesh*, and dwelt among us; and we saw his glory, the glory as it were, of the only begotten of the Father, full of grace and truth.

℟. Thanks be to God.

After Mass the following hymn may be sung in thanksgiving.

The Bishop intones it in a loud voice, and it is sung by the choir, while he takes off the Pontifical vestments.

Thee, sov'reign God, our grateful accents praise;
We own thee Lord, and bless thy wondrous ways.

quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum: In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. [Hic genuflectitur.] *Et verbum caro factum est*, et habitávit in nobis; et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi unigéniti a Patre, plenum grátiæ, et veritátis.

℟. Deo grátias.

Post Missam cantari potest Hymnus sequens in gratiarum actionem.

Pontifex incipit alta voce et cantatur a choro dum paramenta Pontificalia dimittit.

Te Deum laudámus: Te Dominum confitémur.

Te ætérnum Pátrem omnis terra venerátur.

To thee, eternal Father, earth's whole
frame,
With loudest trumpets sounds immortal fame.
Lord God of Hosts! to thee the heavenly powers,
With sounding anthems fill thy vaulted
tow'rs.
The Cherubim thrice Holy, Holy,
Holy, cry:
Thrice Holy all the Seraphim reply,
And thrice returning echoes, endless
song supply.
Both heaven and earth thy Majesty
display;
They owe their beauty to thy glorious
ray.
Thy praises fill the loud apostles'
choir:
The train of prophets in the song conspire.
Legions of martyrs in the chorus shine,
And vocal blood with vocal music join,
By these thy Church, inspir'd with
heav'nly art,
Around the world maintains a second
part;

Tibi omnes Angeli, tibi cœli et univérsæ potestátes.

Tibi Chérubim et Séraphim, incessábili voce proclámant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth,

Pléni sunt cœli et térra majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus Apostolórum chorus;

Te Prophetárum laudabilis númerus;

Te Mártyrum candidátus laudat exércitus.

Te per orbem terrárum, sancta confitétur Ecclésia

Pátrem imménsæ majestátis.

Venerándum tuum vérum et únicum Fílium,

Sanctum quoque paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ Christe.

Tu Pátris sempitérnus es Fílius.

And tunes her sweetest notes, O God! to thee,
The Father of unbounded Majesty;
The Son, ador'd co-partner of thy seat,
And equal everlasting Paraclete.
Thou king of glory, Christ, of the Most High,
Thou co-eternal filial Deity:
Thou who to save the world's impending doom,
Vouchsaf'dst to dwell within a virgin's womb:
Old tyrant Death, disarm'd; before thee flew
The bolts of heav'n, and back the foldings drew
To give access, and make the faithful way;
From God's right hand thy filial beams display.
Thou art to judge the living and the dead.
* Then spare those souls for whom thy veins have bled.
O take us up among the blest above,

---

* This verse is sung kneeling.

Tu ad liberandum susceptúrus hóminem, non horruísti Vírginis úterum.

Tu devícto mortis acúleo, aperuísti credéntibus régna cœlorum.

Tu ad déxteram Dei sédes in glória Patris.

Judex créderis esse ventúrus:

* Te ergo, quæsumus, tuis fámulis súbveni, quos pretióso sánguine redemísti.

Ætérna fac cum Sanctis tuis in gloria numerári.

Sálvum fac pópulum tuum, Domine: et benedic hereditáti tuæ.

Et rege eos, et extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos díes benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi.

---

* Hic versus dicitur flexisgenibus.

To share with them thy everlasting
love,
Preserve, O Lord, thy people, and en-
hance
Thy blessing on thine own inherit-
ance.
For ever raise their hearts and rule
their ways;
Each day we bless thee, and proclaim
thy praise:
No age shall fail to celebrate thy
name;
Nor hour neglect thy everlasting fame.
Preserve our souls, O Lord, this day
from ill:
Have mercy on us, Lord! have mercy
still.
As we have hop'd do thou reward our
pain:
We've hop'd in thee, let not our hope
be vain.

Then the Bishop says the versicles and the prayer.

V. Blessed art thou, O Lord, the God of our fathers.

℞. And worthy of praise, and glorious forever.

Dignáre, Domine, die isto sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Domine, miserére nostri.

Fíat misericórdia tua, Dómine, super nos: quemádmodum sperávimus in te.

In te Dómine sperávi: non confúndar in ætérnum.

Deinde Pontifex dicit versiculos et orationem.

V. Benedíctus es Dómine Deus pátrum nostrórum.

℞. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.

℣. Let us bless the Father, and the Son, and the Holy Ghost.

℟. Let us praise and exalt him above all forever.

℣. Blessed art thou in the firmament of heaven.

℟. And worthy to be praised and glorified and exalted above all forever.

℣. Bless the Lord, O my soul.

℟. And never forget all he hath done for thee.

℣. O Lord, hear my prayer.

℟. And let my cry come unto thee.

℣. The Lord be with you.

℟. And with thy spirit.

Let us pray.

O God, whose mercies are without number, and the treasure of whose goodness is infinite, we give thee thanks for the blessings thou hast bestowed on us; always beseeching thy divine Majesty, that as thou grantest what we ask, so thou wouldst continue thy favors to us in such a manner, that

V. Benedicámus Pátrem et Fílium cum sáncto Spíritu.

℞. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

V. Benedíctus es Dómine in firmaménto cœli.

℞. Et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in sæcula.

V. Benedic anima mea Dómino.

℞. Et noli oblivísci ómnes retributiónes ejus.

V. Dómine exáudi oratiónem méam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus; piíssimæ majestáti tuæ pro collátis dónis grátias ágimus, tuam sémper cleméntiam exorántes; ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem

by them we may be prepared for receiving the rewards of eternal happiness. Through Christ our Lord. Amen.

The Bishop with his ministers leaves the church, and afterwards, two by two, all who have received orders, the new priests going first.

non desérens, ad præmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Pontifex cum ministris de Ecclesia discedit ; deinde Ordinati, bini et bini, præcedentibus Novis Presbyteris.